Giunge al vecchio timor novi sospetti,
E de' nemici pave, e de' soggetti.

84

Però che dentro a una Città commisto
Popolo alberga di contraria Fede:
La debil parte, e la minore in Cristo,
La grande, e forte in Macometto crede.
Ma quando il Re fe' di Sion l'acquisto,
E vi cercò di stabilir la sede,
Scemò i pubblici pesi a' suoi Pagani;
Ma più gravonne i miseri Cristiani.

85

Questo pensier la ferità nativa,
Che da gli anni sopita, e fredda langue,
Irritando inasprisce, e la ravviva
Sì, che assetata è più che mai di sangue.
Tal fiero torna a la stagione estiva
Quel, che parve nel gel piacevol Angue:
Così Leon domestico riprende
L' innato suo furor, s' altri l' offende.

86

Veggio (dicea) de la letizia nova
Veraci segni in questa turba infida:
Il danno universal solo a lei giova;
Sol nel pianto comun par, ch' ella rida.
E forse insidie, e tradimenti or cova,
Rivolgendo fra se come m' uccida;
O come al mio nemico, e suo consorte
Popolo occultamente apra le porte.

83

Ægra fatigabant tacitae praecordià curae
Regi Aladino, quippe novus dominator in urbe,
Vir feritate nova, verum matura senectus
Tandem flexerat ingeniumque, animumque ferocem,
Ut primum urbis muros oppugnare tyrannus
Consilium cognovit suscepisse Latinos,
Suspicione nova antiquos, veteresque timores
Corde fovet, trepidatque hostes, trepidatque rebelles.

84

Scinditur in cultum populus permixtus in urbe
Oppositum, sed maxima pars dat thura Machoni
Sunt pauci vero, Christi qui Numen adorant,
Hos variis fractos sors invida casibus urget,
Illi corda gerunt vesano turgida fastu.
Impius ast ubi Rex Solymorum est urbe potitus,
Christicolas miseros tum vectigalibus auxit,
Concordesque fide solers exemit ab illis.

85

His super accensus languentem tempore et annis
Ingenitam feritatem tristi exasperat ira,
Mens animusque furit, flagratque cupidine caedis.
Solis ad aestum sic iterum tumet ore veneno
Qui tardus brumali sub nive torpuit, anguis.
Sic domitus si forte leo truculenta remisit
Corda diu, ingenitae laesus feritatis inardens
Concutit ille jubas collo, et fremit ore cruento.

86

Haec memorans has promebat sub pectore voces:
Cur malefidae hilarant laetos nova gaudia vultus
Turbae, tristitiamque procul de pectore pellunt?
Ergo illi tantum, quae instant, mala pubblica prosunt?
Ergo dum omnibus ora madent fletu, unica ridet?
Quis scit perfida gens haec an sit prodere prompta,
Meque ipsum dare letho amens moliturinique?
Hostibus aut sociis tentet recludere portas?

87

Ma no 'l farà: prevenirò quest' empj
Disegni loro, e sfogherommi a pieno;
Gli ucciderò, faronne acerbi scempj;
Svenerò i figli a le lor madri in seno;
Arderò loro alberghi, e insieme i Tempj;
Questi i debiti roghi a i morti sieno:
E su quel lor sepolcro in mezzo a i voti,
Vittime pria farò de' Sacerdoti.

88

Così l' iniquo fra suo cor ragiona;
Pur non segue pensier sì mal concetto
Ma s' a quegli innocenti egli perdona,
È di viltà, non di pietade effetto.
Che s' un timor a incrudelir lo sprona,
Il ritien più potente altro sospetto:
Troncar le vie d' accordo, e de' nemici
Troppo teme irritar l' arme vittrici.

89

Tempra dunque il fellon la rabbia insana,
Anzi altrove pur cerca; ove la sfoghi.
I rustici edifizj abbatte, e spiana,
E dà in preda a le fiamme i culti luoghi,
Parte alcuna non lascia integra, o sana,
Ove il Franco si pasca, ove s' alloghi:
Turba le fonti e i rivi, e le pure onde
Di veneni mortiferi confonde.

90

Spietatamente é cauto; e non obblia
Di rinforzar Gerusalem fra tanto.
Da tre lati fortissima era pria,
Sol verso Borea è men secura alquanto;
Ma da' primi sospetti ei le munia
D' alti ripari il suo men forte canto;
E v' accoglica gran quantitade in fretta
Di gente mercenaria, e di soggetta.

Fine del Primo Canto.

87

Per superos, per manes tantis occurrere pravis
Consiliis satagam, nulli parcamque furori.
Cuncti procumbent violenta caede perempti;
Ubera matrum inter natis ego pectora figam;
Delebo igne lares, pariter delubraque Divum:
Haec rogus illis sint faedatis sanguine vultus;
Nec tumulus cineres ustos, nec conteget ossa;
Aram interque Sacerdos occubet hostia ferro.

88

Impius haec secum flammato corde volutat,
Mens, animusque tamen concepta implere recusat.
Temperat a cade haud virtutis tactus amore,
Crimine desidiae potius sed inertis hebescens.
Parcere non animus, miserum nec fata levare.
Impellit saevire timor, timor alter abhorret,
Formidatque vias optatae abrumpere pacis,
Et victricia coeptis arma lacessere diris.

89

Improbus insanam simulans tum temperat iram,
Ast perquirit ubi affraenos exerceat aestus.
Funditus evertit pagos, atque oppida tollit,
Magnificisque locis crepitantes admovet ignes.
Quae Gallos alere, aut turmis loca tuta quieti
Suppeditare queant, et ferro delet, et igni.
Conturbat fontes, rivos, laticesque veneno
Inficit, immiscetque herbas in fontibus undis.

90

Ille quidem cautus, feritas tamen imfremit horrens;
Interea firmare Sion munimine curat.
Moenia per gyrum urbis erant firmissima valde,
Sed tantum leviter latus ex Aquilone laborat,
Turribus ast illud validis ornaverat ante.
Munimenta struit, foveisque hinc inde profundis
Vallat, quosque potest ductos mercede rependit.
Fervet opus, Surguntque minantia moenia coelo,

CANTO

SECONDO.

ARGOMENTO.

Mormora Ismeno in su l' immagin diva
De la Diva del Ciel note profane.
Ma quell' empia magia d' effetto è priva,
Sí che Aladin di sdegno ebbro rimane;
E mentre ei vuol, ch' un sol Cristian non viva,
Vuol morir, vuol quetar le voglie insane
Sofronia, Olindo; ma Clorinda il vieta,
E sfida, e grida Argante, e non s' acqueta.

1

Mentre il Tiranno s' apparecchia a l' armi,
Solletto Ismeno un dì gli s' appresenta:
Ismen, che trar di sotto a i chiusi marmi
Può corpo estinto, e far, che spiri, e senta;
Ismen, ch' al suon de' mormoranti carmi
Fin ne la reggia sua Pluto spaventa,
E i suoi Demon ne gli empj ufficj impiega,
Pur come servi, e gli discioglie, e lega.

2

Questi or Macone adora, e fu Cristiano:
Ma i primi riti ancor lasciar non puote;
Anzi sovente in uso empio, e profano
Confonde le due leggi a se mal note;
Ed or da le spelonche, ove lontano
Dal vulgo esercitar suol l' arti ignote,
Vien nel pubblico rischio al suo Signore:
A Re malvagio Consiglier peggiore.

LIBER

SECUNDUS

ARGUMENTUM.

Calorum Sacra vultus in imagine Divae
Verba profana Magus frustra demurmurat ore.
Cristicolas jubet hinc omnes Rex caede necari;
Sophronia, Olindusque malis comunibus ultro
Occurrunt. Veniens casum miserata Clorinda
Et vitam vinctis, libertatemquè remisit,
Et quoniam monitis Dux haud indulget Aletis
Gothfredus, Gallos ad praelia provocat Argus

1

Interea Regi turmas, atque arma paranti
Incomitatus adest Ismenus fractus ab annis;
Ismenus revocare potens Acherontis ab imo
Extinctos Manes, cineresque animare sepultos;
Ismenus, recitans qui murmure verba tremenda
Plutonem stygiis regnantem territat ipsum.
Daemonibusque suis servilia munera mandat,
Et regit, et ligat illos ut dominator eorum.

2

Cultor erat Christi, sed nunc dat thura Maconi
Antiquos, primosque nequit sed linquere ritus;
Saepe sibi ignotas leges confundit utrasque
Inque malos, pravosque usus saepe utitur illis.
Ex antris, quibus artes exercere solebat
Ignotas procul a turba, ad discrimina belli
Regi, qui imperium perversa mente tenebat,
Adveniens illo pejor, consultor adhaesit.

3

Signor (dicea) senza tardar sen viene
Il vincitor esercito temuto ;
Ma facciam noi ciò ; che a noi far conviene ;
Darà il Ciel , darà il Mondo a' forti ajuto.
Ben tu di Re , di Duce hai tutte piene
Le parti , e lunge hai visto , e provveduto :
S' empie in tal guisa ogn' altro i propri uffici ,
Tomba fia questa terra a' tuoi nemici.

4

Io , quanto a me , ne vengo e del periglio ,
E de l' opre compagno , ad aitarte.
Ciò , che può dar di vecchia età consiglio ,
Tutto prometto , e ciò che magic' arte :
Gli Angeli , che dal Cielo ebbero esiglio ,
Costringerò de le fatiche a parte.
Ma dond' io voglia incominciar gl' incanti ,
E con quai modi , or narrerotti avanti.

5

Nel tempio de' Cristiani occulto giace
Un sotterraneo altare , e quivi è il volto
Di colei , che sua Diva , e madre face
Quel vulgo del suo Dio , nato , e sepolto :
Dinanzi al simulacro accesa face
Continua plende , egli è in un velo avvolto ;
Pendono intorno in lungo ordine i voti ,
Che vi portaro i creduli devoti.

6

Or questa effigie lor di là rapita
Voglio , che tu di propria man trasporte ,
E la riponga entro la tua Meschita :
Io poscia incanto adoprerò sì forte ,
Ch' ogni or , mentre ella qui fia custodita ,
Sarà fatal custodia a queste porte.
Tra mura inespugnabili il tuo Impero
Sicuro fia per novo alto mistero.

3

O Rex ; En metuendus adest exercitus , inquit ;
Nec mora , jam fluitant victricia signa per auras:
Sit nobis studium , quae fas , complere, laborque,
Fortibus orbis erit rebus solamen in arctis.
Omnia prospiciens Regisque , Ducisque replesti
Corde sagaci, Tu Rex , ut decet , optime partes ;
Munera complere , ut fas , si sua quisque studebit,
Fata dabunt , hostes hac ut tumulentur arena.

4

Ipse adero ; juvat et caput objectare periclis ;
Nec Te me tantis rebus sociasse pigebit.
Quae dare consilia , aeque valet longaeva senectus,
Et quae mira solet virtus portenta magiae
Efficere, haec tua sunt. Proceres, quos expulit alto
Omnipotens , ego tanto consociabo labori.
Unde veneficia ordiri placet ordine pandam,
Queisve modis fabor, quando haec te cura remordet.

5

Christiadum in templo latitat contecta profanis
Ara solo sub , ubi simulacrum virginis extat,
Quam vulgus Divamque putat, matremque supremi
Numinis ex illa creti , lethoque sepulti.
Lampas ad effigiem splendet noctuque , diuque
Igne micans , tegiturque sacer velamine vultus ;
Ordine dependent longo vota undique circum ,
Munere quae Divæ tulit orans credula turba.

6

Ipse tuis manibus simulacrum illa aede revulsum
Ipse velim nostri Maconis in aede reponas ;
Deinde fatigabo terras , coelumque profundum
Tartara compellam , et tanta virtute ciebo
Res omnes , nulli ut superari moenia possint :
Ipsamet illorum evadit tutamem imago ,
Donec ibi studiose custodita manebit:
Tutus in imperio secreta hac arte sedebis.

7

Sì disse, e 'l persuase: e impaziente
Il Re sen corse a la Magion di Dio,
E sforzò i Sacerdoti, e irriverente
Il casto simulacro indi rapìo,
E portollo a quel Tempio, ove sovente
S' irrita il Ciel con folle culto, e rio.
Nel profan loco, e su la sacra Immago
Susurrò poi le sue bestemmie il Mago.

8

Ma come apparse in Ciel l' Alba novella,
Quel, cui l' immondo Tempio in guardia è dato,
Non rivede l' Immagine, dov' ella
Fu posta, e in van cercenne in altro lato.
Tosto n' avvisa il Re, ch' a la novella
Di lui si mostra fieramente irato;
Ed immagina ben, ch' alcun Fedele
Abbia fatto quel furto, e che se 'l cele.

9

O fu di man fedele opra furtiva,
O pur il Ciel qui sua potenza adopra;
Che di colei, ch' è sua Regina, e Diva,
Sdegna, che loco vil l' Immagin copra:
Incerta fama è ancor, se ciò s' ascriva
Ad arte umana, o sia mirabil opra;
Ben è pietà, che la pietade, e 'l zelo
Uman cedendo, autor sen creda il Cielo.

10

Il Re ne fa con importuna inchiesta
Ricercar ogni Chiesa, ogni magione,
Ed a chi gli nasconde, o manifesta
Il furto, o 'l reo, gran pene, e premj impone.
Il mago di spiarne ancor non resta
Con tutte l' arti il ver: ma non s' appone:
Che 'l Cielo, opra sua fosse, o fosse altrui,
Celollà, ad onta de gl' incanti, a lui.

7

Talibus affatur dictis, regemque suasit:
Nec mora; Sacra petens Rector delubra Tonantis
Sacrilega templi compellit mente ministros,
Et castae simulacrum virginis abstulit inde,
Invexitque illuc, ubi saepe cietur Olympi
Desuper indignatio cultu; ac thure profano;
Dirus ibique magus vultus in imagine Divae
Carmina polluto demurmurat ore tremenda.

8

Ut primum nova lux terris effulsit Eoo
Et templum subiit custos, qui pignora servat,
Illico detorquens oculos, ubi imago locata,
Obstupuit, nec imago erat, et molimine vano
Cuncta requisivit studiose abscondita templi.
Admonuit Regem, exarsit qui saevus in iram,
Censuit et furtum Christi patrasse fideles,
Et latebris terrae subductum abscondere pignus.

9

Furti, fama pererrat adhuc incerta per orbem,
Quisnam auctor fuerit? Facinus pietatis, an Ipse
Rex superumque, hominumque alto de vertice coeli
Ferre recusans criminibus loca facta nefandis
Virginis illius castae simulacra tenere,
Quae genuit saecli auctorem sine semine purum.
Credere fas, pietasque docet, ratioque suadet
Tanti operis superos, coelumque fuisse magistros.

10

Imperat inquiri studiose templa, domosque
Iratus Rex, et poenas, et praemia ponit
Cuivis vel furtum celet, vel prodat iniquum,
Tollere qui fuerit sacrum ausus pignus ab aede.
Utitur arte sua magus, at molimine vano;
Divinare nequit, celsi nam Rector olympi,
Sive hominum facinus; sua vel portenta fuissent,
Elusitque artem, ac praetexit Numine furtum.

11

Ma poi che 'l Re crudel vide occultarse
Quel, che peccato de' Fedeli ei pensa;
Tutto in lor odio infellonissi, ed arse
D' ira, e di rabbia immoderata, immensa:
Ogni rispetto obblia, vuol vendicarse,
(Segua che puote) e sfogar l' alma accensa;
Morrà, dicea, non andrà l' ira a voto,
Ne la strage comun il ladro ignoto,

12

Pur che 'l reo non si salvi, il giusto pera,
E l' innocente. Ma qual giusto io dico?
È colpevol ciascun, nè in loro schiera
Uom fu giammai del nostro nome amico.
S' anima v' è nel novo error sincera,
Basti a novella pena un fallo antico.
Su su, fedeli miei: su via prendete
Le fiamme, e 'l ferro, ardete, ed uccidete.

13

Così parla a le turbe, e se n' intese
La fama tra' Fedeli immantinente,
Ch' attoniti restar: sì gli sorprese
Il timor de la morte omai presente.
E non è chi la fuga, o le difese,
Lo scusar, o 'l pregare ardisca, o tente;
Ma le timide genti, e irresolute,
Donde meno speraro, ebber salute.

14

Vergine era fra lor di già matura
Verginità, d' alti pensieri, e regi,
D' alta beltà; ma sua beltà non cura,
O tanto sol, quant' onestà sen fregi;
E 'l suo pregio maggior, che tra le mura
D' angusta casa asconde i suoi gran pregi:
E da' vagheggiatori ella s' invola
A le lodi, a gli sguardi inculta, e sola.

11

Rex ubi cognovit sibi (quod scelus esse putabat
Christiadum) furtum occultari, exarsit in iras,
Atque dolore amens laxis bacchatur habenis,
Indomitosque gerit cocco sub corde furores.
Ulcisci immotum, quamvis illabitur orbis;
Nec modus est ultra: Pereat, sic ore loquutus,
Ignotus pereat communi caede peremptus
Praedator, justasque exolvat Sanguine poenas.

12

Insontes pereant, pereat modo criminis auctor
Insontes inquam? Tali sed nomine quisnam
Dignus erit? Genus omne malum; genus omne protervum,
Infensumque mihi; quod si quis criminis expers
Hujusce est, placet antiquam nunc plectere noxam.
Eja agite, et ferro dextras armate ministri:
Suscipiant aedes ignem, delubraque Deum:
Una premat Christi reprobos fortuna sequaces.

13

Fama volat Regisque ferebat jussa per aures:
Obstupuerunt perculsi novitate fideles;
Omnes una manet sors irreparabilis horae;
Nulla patet via, nec spes emicat ulla salutis;
Nec dare terga fugae, nec se defendere quisquam,
Aut saltem excusare audet se, nemo precari.
Gens autem pavida in tanto discrimine rerum
Accepit mox, spes ubi nulla erat, inde salutem

14

Degebat media inter eos pulcherrima virgo,
Sexum ultra mentemque gerens, animosque viriles;
Ipsa diuturnas dudum intemerata colebat
Virginitatis opes, quas praeter cætera spernit
Dona venustatis quoque spernit amore pudoris,
Vivere sola domi, atque abscondere munera coeli
Æde sub angusta fuit illi summa voluptas,
Sic se se occultans blandos fugiebat amantes.]

15

Pur guardia esser non può, che 'n tutto celi
Beltà degna ch' appaja, e che s' ammiri;
Nè tu il consenti Amor; ma la riveli
D' un giovinetto a i cupidi desiri.
Amor, ch' or cieco, or Argo, ora ne veli
Di benda gli occhi, ora ce gli apri, e giri;
Tu per mille custodie entro ai più casti
Verginei alberghi il guardo altrui portasti.

16

Colei Sofronia, Olindo egli s' appella,
D' una cittade entrambi, e d' una fede;
Ei che modesto è sì, com' essa è bella,
Brama assai, poco spera, e nulla chiede;
Nè sa scoprirsi, o non ardisce, ed ella
O lo sprezza, o nol vede, o non s' avvede!
Così fin' ora il misero ha servito
O non visto, o mal noto, o mal gradito.

17

S' ode l' annunzio in tanto, e che s' appresta
Miserabile strage al popol loro.
A lei, che generosa è quanto onesta,
Viene in pensier, come salvar costoro:
Move fortezza il gran pensier, l' arresta
Poi la vergogna, e 'l virginal decoro,
Vince fortezza, anzi s' accorda, e face
Sè vergognosa, e la vergogna audace.

18

La Vergine tra 'l vulgo uscì soletta,
Non coprì sue bellezze, e non l' espose,
Raccolse gli occhi, andò nel vel ristretta,
Con ischive maniere, e generose:
Non sai ben dir, s' adorna, o se negletta,
Se caso, od arte il bel volto compose,
Di natura, d' amor, de' cieli amici
Le negligenze sue sono artifici.

15

Rara sed incassum celatur saepe venustas;
Ipsa sui radios caecis emittit ab umbris;
Idque ferre vales quoque Tu Cythereia proles,
Qui illam occultantem se se recludis amanti;
Excoecas oculos Tu idem modo luminis expers;
Lumina recludis modo centum lumina tollens.
Mille per excubias intra penetralia sacra
Virginis intactae perfers Tu lumina amantis

16

Nomen Olindus erat juveni, Sophronia dicta
Virgo erat: una fides ambobus, Patria et una,
Ille furens ardet, speratque parum, nihil unquam
Postulat. Ista venusta nimis, sicut ille modestus
Seu spernit pavidum haud audentem pandere corda,
Seu minime videt, aut animo non adnotat illum.
Hactenus infelix sic ima per ossa furorem
Traxit, vel visus numquam, aut invisus amatae;

17

It rumor interea genti jam instare ruinam,
Jamque parari, Rege jubente, miserrima fata,
Cum generosa puellae animis sententia surgit
Pro generis populo caput objectare periclis.
Fortia corda ciet virtus, animusque virilis,
Virgineus tamen ire pudorque, decusque retardat.
Praevalet ancipiti postremo strenua virtus,
Seque pudore legit virtus, pudor ardua captat.

18

Carpit iter magnam virgo incomitata per urbem;
Nec penitus texit, sed nec penitusque retexit
Formam. Incedit velo oculos obducta pudicos,
Ore verecundo gradiens, gestuque modesto.
Nescires an compta foret, num incompta fuisset?
Utrum ars, an fortuna sua componeret arte
Ora venusta? Suas Superi, natura, Cupido
Incurias simul arte nova struxisse videntur.

19

Mirata da ciascun passa, e non mira
L'altera Donna, e innanzi al Re sen viene:
Nè perchè irato il veggia, il piè ritira,
Ma il fiero aspetto intrepida sostiene.
Vengo, Signor, gli disse, (e in tanto l' ira
Prego, sospenda, e 'l tuo popolo affrene)
Vengo a scoprirti, e vengo a darti preso
Quel reo, che cerchi, onde sei tanto offeso.

20

A l' onesta baldanze, a l' improvviso
Folgorar di bellezze altere, e sante,
Quasi confuso il Re, quasi conquiso
Frenò lo sdegno, e placò il fier sembiante.
S' egli era d' alma, o se costei di viso
Severa manco, ei diveniane amante:
Ma ritrosa beltà ritroso core
Non prende, e sono i vezzi esca d' amore.

21

Fu stupor, fu vaghezza, e fu diletto,
S' amor non fu, che mosse il cor villano
Narra, le disse, il tutto: ecco io commetto,
Che non s' offenda il popol tuo Cristiano.
Ed ella: Il reo si trova al tuo cospetto;
Opra è il furto, Signor, di questa mano;
Io l' Immagine tolsi: io son colei,
Che tu ricerchi, e me punir tu dei.

22

Così al pubblico fato il capo altero
Offerse, e 'l volse in se sola raccorre.
Magnanima menzogna, or quando è il vero
Sì bello, che si possa a te preporre?
Riman sospeso, e non sì tosto il fero
Tiranno a l' ira, come suol, trascorre.
Poi la richiede: Io vuò, che tu mi scopra,
Chi diè consiglio, o chi fu insieme a l' opra.

19
Turba fremens oculos avidos defigit eunti;
Ipsa gravi passu graditur, nec lumina tollit.
Introgressa adit, et spirantem pectore flammas
Fert Regem, nec se cohibet, sed sustinet iram:
Optime, sacrilegum ob facinus quem sanguine dignum
Rex, quaeris, meritoque ardent tua pectora flammis,
Ecce tibi trado vinctum: cohibeto furorem:
Parce pio generi, atque infensas detine coedes
20
Virginis aspectu primo obstupuit Solymorum
Rex, exinde micans coelestis in ore venustas,
Atque insueta animi virtus, pectusque virile
Crudelis flexere furentia corda tyranni.
Pectora mitescunt; vincuntur nescia vinci.
Ni foret illa severa nimis, ni pectore durus
Iste, Amor, occultum inspirasses ossibus ignem!
Ast amor illecebris tantum depascitur amens.
21
Aspera nil tetigit certe praecordia telis
Idalius puer, at forsan sua corda ciere
Seu stupor insuetus, seu quaedam blanda voluptas;
Solve puella metum, dixit, Mihi cuncta roganti
Vera edissere; Sit tua gens illaesa jubebo.
Illa pudore rubens, coram inquit, noxius astat;
Hisce egomet manibus rapui venerabile pignus;
Quam quaeris coram te astat, me plectere debes.
22
Nobile communi fato caput obtulit ultro
Inclyta virgo suum, voluitque occurrere fatis.
O utinam tibi possint vera abducere palmas,
Et totidem possent, fallacia, carpere laudes!
His anceps haeret dictis, nec protinus irae
Frena relaxavit dirus, sicut ante solebat,
Sed placidus; quis consiliis tibi favit amicis?
Vel quis opes, inquit, dedit? Eja affare rogantem.

23

Non volsi far de la mia gloria altrui
Nè pur minima parte (ella gli dice),
Sol di me stessa io consapevol fui,
Sol consigliera, e sola esecutrice.
Dunque in te sola (ripigliò colui)
Caderà l' ira mia vendicatrice.
Disse ella. E' giusto; esser a me conviene,
Se fui sola a l' onor, sola a le pene.

24

Qui comincia il Tiranno a risdegnarsi:
Poi le dimanda, ov' hai l' Immago ascosa?
Non la nascosi, (a lui risponde) io l'arsi,
E l' arderla stimai, laudabil cosa.
Così almen non potrà più violarsi,
Per man de' miscredenti ingiuriosa.
Signore, o chiedi il furto, o il ladro chiedi;
Quel non vedrai in eterno, e questo il vedi.

25

Benchè nè furto è il mio, nè ladra io sono:
Giusto è ritor ciò, ch' a gran torto è tolto.
Or questo udendo in minaccevol suono
Freme il Tiranno, e 'l fren de l' ira è sciolto.
Non speri più di ritrovar perdono
Cor pudico, alta mente, o nobil volto:
E indarno Amor contra lo sdegno crudo
Di sua vaga bellezza a lei fa scudo.

26

Presa è la bella Donna, e incrudelito
Il Re la danna entro un incendio a morte.
Già 'l velo, e 'l casto manto è a lei rapito:
Stringon le molli braccia aspre ritorte.
Ella si tace, e in lei non sbigottito,
Ma pur commosso alquanto è 'l petto forte.
E smarrisce il bel volto in un colore,
Che non è pallidezza, ma candore.

23

Illa nihil trepidans haec reddidit ore modesto :
Nullum equidem comitem placuit, Rex, scribere nostris
Laudibus ; Una fui mihi conscia , sola suatrix ,
Solaque consilium volui complere rapina ;
Ergo caput veniet , Rex dixit , fulmen in unum;
Esse equidem fateor justissima Regis in ore
Verba , refert virgo. Decet ut sim obnoxia poenae
Una ego , cum solam his me attollat gloria rebus.

24

Hisce repente resaevit dictis ira tyranni ,
Impatiensque requirit , ubi occultetur imago ?
Effigiem haud occultavi , verum igne cremavi ,
(Haec contra virgo) Id fas , et laudabile duxi :
Ulterius saltem sic foedari illa nequibit ,
Nec dabitur Superum confringere jura scelestis :
Seu furtum poscis , Rex inclyte , sive latronem;
Vanuit en primum;alter adest, jam sumito poenas.

25

Præterquam raptrix non sum; nec noxia furti
Crimine ; Nonne decet merito, quae ablata fuere
Per vetitum scelus, immeritoque, retollere dextra?
Infremit his ferus, atque admurmurat ore tyrannus.
Optatam speras frustra impetrare salutem
Inclita mens, frontisque decor, pectusque pudicum!
Frustra armisque suis, clypeoque Cupido tuetur
Praestantem formam contra ignea tela furoris.

26

Capta puella manet, Regis dictoque furentis
Infelix damnatur virgo cremanda per ignem.
Exuitur velo ; illico eburnea membra catenis
Nectuntur , mollesque manus ,mollesque lacerti.
Illa silet: fortisque animus, pectusque virile
Commotus leviter, verum imperterritus haesit.
Jam fugit ore color ; rubeus transfertur in album .
Candor eratque nivis , pulchro non pallor in ore.

27

Divulgossi il gran caso, e quivi tratto
Già 'l popol s'era: Olindo anco v'accorse;
Dubbia era la persona, e certo il fatto:
Venia che fosse la sua Donna in forse.
Come la bella prigioniera in atto
Non pur di rea, ma di dannata ei scorse;
Come i ministri al duro ufficio intenti
Vide; precipitoso urtò le genti.

28

Al Re gridò: Non è, non è già rea
Costei del furto, e per follia sen vanta;
Non pensò, non ardì, nè far potea
Donna sola, e inesperta opra cotanta.
Come ingannò i custodi, e de la Dea
Con qual arti involò l' Immagin santa?
Se 'l fece, il narri. Io l' ho, Signor, furata.
Ahi tanto amò la non amante amata!

29

Soggiunse poscia: Io là donde riceve
L' alta vostra Meschita e l' aura, e 'l die,
Di notte ascesi, e trapassai per breve
Foro, tentando inaccessibil vie:
A me l' onor, la morte a me si deve;
Non usurpi costei le pene mie;
Mie son quelle catene, e per me questa
Fiamma s' accende, e 'l rogo a me s' appresta.

30

Alza Sofronia il viso, e umanamente
Con occhi di pietade in lui rimira.
A che ne vieni, o misero innocente?
Qual consiglio, o furor ti guida, o tira?
Non son io dunque senza te possente
A sostener ciò, che d' un uom può l' ira?
Ho petto anch' io, ch' ad una morte crede
Di bastar solo, e compagnia non chiede.

27

It rumor interea fama crepitamte per urbem ;
Concurrunt omnes avidi cognoscere casum ,
Quaeque foret mulier tanta virtute virili ,
Quae pro communi fato caput offerat ultro ?
Venerat ipse anceps quoque turbas inter Olindus:
O quid Olindus agis ? Quo te tua fata vocabunt?
Ipse extrema videns , jam fata subire paratam
Sophroniam , furit amens , subvertitque ministros.

28

Exclamansque ait. In me , Rex , convertito flammas.
Est mea fraus omnis ; mulier mihi certat honorem.
An poterat facinus tantum complere puella ,
Solaque , inexperta , et tantos superare labores ?
Quomodo custodes se decepisse sagaces ,
Qua arte , quibusve modis dicat simulacra tulisse ?
Ne credas , Rex magne , dolis ; Ego furta patravi.
Usque adeo dilexit amatam , sed nec amantem.

29

Addidit haec *dicens dein : Illuc nocte silenti* ,
Excipit unde fanum sublime auramque , diemque ,
Per latebras ego compressas , aditusque latentes
Conscendi solus tentans inaperta locorum.
Si mihi tota igitur debetur gloria facti ,
Mors mihi debita; poenas nec decet occupet ista,
Quas ego promerui. Rex illas solve catenas ;
Vincula sint mihi;sint quoque funera,Sitque rogusque

30

Tum geminas oculorum acies Sophronia flexit
Ad juvenem admirans , et lumine conspicit aequo:
Quid petis , infelix , cum sis sine crimine vitae ?
Quae mens?Quis furor,inquit?Quae te amentia cepit?
An satis una , .superque hominis perferre furorem
Credis ego non sim ? Est animus , pectusque virile
Nobis , quod satis esse putat postrema subire
Fata , fugitque rogi comitem conjungere fatis.

31

Così parla a l'amante; e nol dispone
Sì, ch' egli si disdica, o pensier mute
O spettacolo grande, ove a tenzone
Sono amore, e magnanima virtute!
Ove la morte al vincitor si pone
In premio, e 'l mal del vinto è la salute!
Ma più s' irrita 'l Re, quant' ella, ed esso
E' più costante in incolpar se stesso.

32

Pargli, che vilipeso egli ne resti,
E che 'n disprezzo suo sprezzin le pene.
Credasi (dice) ad ambo, e quella, e questi
Vinca, e la palma sia qual si conviene.
Indi accenna a i Sergenti: i quai son presti
A legar il Garzon di lor catene.
Sono ambo stretti al palo stesso, e volto
E' il tergo al tergo, e 'l volto ascoso al volto.

33

Composto è lor d' intorno il rogo omai,
E già le fiamme il mantice v' incita:
Quando il fanciullo in dolorosi lai
Proruppe, e disse a lei, ch' è seco unita:
Questo dunque è quel laccio, ond' io sperai
Teco accoppiarmi in compagnia di vita?
Questo è quel fuoco, ch' io credea, che i cori
Ne dovesse infiammar d' eguali ardori?

34

Altre fiamme, altri nodi Amor promise?
Altri ce n' apparecchia iniqua sorte.
Troppo (ahi ben troppo) ella già noi divise,
Ma duramente or ne congiunge in morte.
Piacemi almen, poichè in sì strane guise
Morir pur dei, del rogo esser consorte,
Se del letto non fui: duolmi il tuo fato,
Il mio non già, poi ch' io ti moro a lato.

31

Sic adfatur amanti, verum nectit inanes
Causas, namque immota loco sententia sedet.
Mirum, ubi se se inter certant virtusque, Cupido!
Mors ubi victori datur in certamine; contra
Pro meritis victo donantur munera vitae.
At quo mens immota manet culpare seipsos
Fortius ambobus, certatim et poscere mortem
Quisque sibi, tanto acrior aestuat ira tyranni.

32

Ille videns haec despectum se censet ab illis,
Inque sui spretum ratus se spernere poenas,
Corde premens rabiem; ergo fides praestetur utrisque,
Dixit; Vincat uterque, et palmam quisque reportet;
Annuit inde oculis: quae vult mandatque ministris:
Haud minus ac jussi faciunt onerantque catenis
Impubem, geminique sudi nectuntur eidem;
Tergora respiciunt humeros, faciesque negantur.

33

Jamque paratus erat rogus, et congestus in orbem,
Ardentesque cavus flammas jam follis agebat,
Cum querulas juvenis rumpens de pectore voces
Sic illam alloquitur, sibi quam fera vincula nectunt:
Vincla ne sunt haec connubio queis tempus in omne
Sperabam me posse tibi sociare jugali?
Ista ne Fax est, quae succendere corda calore
Debuerat, paribusque simul comburere flammis?

34

Longe alias flammas nobis, aliosque Cupido
Promisit nexus, quam sors nunc comparat aegra;
Nos nimium hactenus, haec nimium sejunxit iniqua,
Nectit acerba simul nos, nunc ubi, destinat orco.
Sed quoniam crudeles te decet ire sub umbras,
Me juvat esse rogi comitem, et prope linquere vitam.
Mens mihi dumtaxat de te haud vacat aegra dolore;
De me nil doleo: Felix! Tecum occubo morti.

35

Ed oh mia morte avventurosa a pieno,
Oh fortunati miei dolci martiri,
S' impetrerò, che giunto seno a seno
L' anima mia nella tua bocca io spiri!
E venendo tu meco a un tempo meno,
In me fuor mandi gli ultimi sospiri.
Così dice piangendo: ella il ripiglia
Soavemente, e in tai detti il consiglia:

36

Amico, altri pensieri, altri lamenti
Per più alta cagione il tempo chiede.
Che non pensi a tue colpe, e non rammenti
Qual Dio promette ai buoni ampia mercede?
Soffri in suo nome, e sian dolci i tormenti,
E lieto aspira a la superna sede.
Mira il ciel, com' è bello, e mira il sole,
Ch' a se par che n' inviti, e ne console.

37

Qui il vulgo de' Pagani il pianto estolle:
Piange il Fedel, ma in voci assai più basse.
Un non so che d' inusitato, e molle
Par che nel duro petto al Re trapasse:
Ei presentillo, e si sdegnò, nè volle
Piegarsi, e gli occhi torse, e si ritrasse.
Tu sola il duol comun non accompagni,
Sofronia, e pianta da ciascun non piagni.

38

Mentre sono in tal rischio, ecco un Guerriero
(Che tal parea) d' alta sembianza, e degna;
E mostra, d' arme, e d' abito straniero,
Che di lontan peregrinando vegna:
La Tigre, che su l' elmo ha per cimiero,
Tutti gli occhi a se trae, famosa insegna,
Insegna usata da Clorinda in guerra:
Onde la credon lei, nè il creder erra.

35

Quam mihi chara forent mea fata, meique labores
Si tecum fato cedenti sorte daretur
Pectora pectoribus, dextram conjungere dextrae,
Complectique rogum inter eburnea colla lacertis,
Oscula libantem et flatus efflare supremos,
Teque labante simul felices ire sub umbras!
Sic ait illacrymans, tamen illa his demere curas
Nititur, et magnum misero lenire dolorem.

36

Consilium haud aliud nunc resque, locusque requirunt;
Exere pectoribus curas, gemitusque reserva
Ad causas magis intemerato fonte liquentes.
Tempus, amice, rogat lacrymis abstergere sordes,
Promissamque bonis a Numine tollere palmam.
Dulce Dei pro nomine duros ferre labores:
Aspice coelum: Illic domus Omnipotentis olympi;
Fas tibi sidereas jam jam conscendere sedes.

37

Turba paganorum gemitus ad sidera tollit;
Voce silente gemit quoque frenans turba fidelis
Ingentem alto defixum sub corde dolorem
Nescio quae pietas insueta irrepsit acerbum
In pectus Regis; Puduitque, et lumina torsit
In partem; inde movensque pedem decessit eundo.
It fragor ad coelum, tum questubus insonat aether,
Tu una genis siccis lacrymas Sophronia cernis?

38

Advenit interea, dum in tot discrimine rerum
Haerent, insignis galea, et fulgentibus armis
Bellator, peregrina ferens hastilia amictu.
Quam gerit in galea, tigris pro casside miles.
Insignis nota, cunctorum ad se lumina traxit,
Namque Clorinda ferox illam gestare solebat,
Semper ubi in certamina Martis bella ciebat.
Talis erat, nec mentem falsa fefellit imago.

39

Costei gl' ingegni femminili, e gli usi
Tutti sprezzò fin da l' etate acerba.
A i lavori d' Aracne, a l' ago, a i fusi
Inchinar non degnò la man superba:
Fuggì gli abiti molli, e i lochi chiusi;
Che ne' campi onestate ancor si serba:
Armò d' orgoglio il volto, e si compiacque
Rigido farlo, e pur rigido piacque.

40

Tenera ancor con pargoletta destra
Strinse, e lentò d' un corridore il morso:
Trattò l' asta, e la spada, ed in palestra
Indurò i membri, ed allenogli al corso:
Poscia o per via montana, o per silvestra
L' orme seguì di fier leone, e d' orso:
Seguì le guerre; e in esse, e fra le selve
Fera a gli uomini parve, uomo a le belve.

41

Viene or costei da le contrade Perse,
Perchè a i Cristiani a suo poter resista;
Bench' altre volte ha di lor membra asperse
Le piagge, e l' onda di lor sangue ha mista.
Or quinci in arrivando a lei s' offerse
L' apparato di morte a prima vista:
Di mirar vaga, e di saper qual fallo
Condanni i rei, sospinge oltre il cavallo.

42

Cedon le turbe; e i duo legati insieme
Ella si ferma a riguardar da presso:
Mira, che l' una tace, e l' altro geme:
E più vigor mostra il men forte sesso.
Pianger lui vede in guisa d' uom, cui preme
Pietà, non doglia, o duol non di se stesso;
E tacer lei con gli occhi al ciel sì fisa,
Ch' anzi al morir par di qua giù divisa.

39

Feminеos usus teneris contempsit ab annis
Illa, sed ingenium gessit, pectusque virile:
Horruit et dextram studiis adhibere superbam
Idmoniae; despexit aeus, et flamina fuso
Flectere rejecit; quin dedignata refugit
Concinnos, mollesque habitus, sedesque remotas.
Contexit formam rudi asperitate venustam,
Sed licet immitis placuit, placuitque superba.

40

Terga premebat equi primaeva aetate juventae,
Imbellique manu spumantia frena regebat;
Gestavit gladiumque, hastamque, et membra palaestra
Exercebat adhuc vernanti flore puella.
Inde per umbrosos saltus, montesque per altos
Sive ursos placuit jaculari, sive leones:
Arma sequi voluit vesani horrentia Martis
Visa feris in sylvis vir, Fera militi in armis.

41

Persarum modo longinquis accedit ab oris,
Christiadum generi ut tota virtute resistat.
Non sat ei fudisse illorum membra per agros,
Et nitidas foedasse insonti sanguine lymphas.
Huic igitur venienti occurrunt funera mortis.
Urget equum causas tantarum expromere rerum
Exoptans animo, propiusque videre nocentes,
Crimine quove truci miseri damnentur ad ignes.

42

Turba loco cedit prope viscere stipite vinctos
Constitit ipsa gravis. Largos hunc fundere fletus
Conspicit admirans, illamque silere tacentem,
Atque animo fragilem sexum superare virilem;
Conspicit et pueri peregrino corda dolore
Angi, non fatis, quo se sua fata vocabant.
Conspicit illam oculis tam fixis astra tueri,
Ut positam in terris superum civem esse putares.

43

Clorinda intenerissi, e sì condolse
D' ambedue loro, e lacrimonne alquanto:
Pur maggior sente il duol per chi non duolse,
Più lo move il silenzio, e meno il pianto.
Senza troppo indugiare ella si volse
Ad un uom, che canuto avea da canto:
Deh dimmi, chi son questi, ed al martoro
Qual gli conduce, o sorte, o colpa loro?

44

Così pregollo: è da colui risposto
Breve, ma pieno a le dimande sue.
Stupissi udendo, e immaginò ben tosto,
Ch' egualmente innocenti eran que' due:
Già di vietar lor morte ha in se proposto,
Quanto potranno i preghi, o l' arme sue,
Pronta accorre a la fiamma, e fa ritrarla
Che già s' appressa; ed a i ministri parla.

45

Alcun non fia di voi, che in questo duro
Ufficio oltra seguire abbia baldanza,
Fin ch' io non parli al Re: ben v' assicuro,
Ch' ei non v' accuserà di tal tardanza.
Ubbidirò i Sergenti, e mossi furo
Da quella grande sua regal sembianza.
Poi verso il Re si mosse, e lui tra via
Ella trovò che 'ncontra a lei venia.

46

Io son Clorinda, disse; hai forse intesa
Talor nomarmi, e qui, Signor, ne vegno,
Per ritrovarmi teco a la difesa
De la fede comune, e del tuo Regno
Son pronta, imponi pure, ad ogni impresa:
L' alte non temo, e l' umili non sdegno.
Voglimi in campo aperto, o pur tra 'l chiuso
De le mura impiegar, nulla ricuso.

43

Crudele amborum fatum miserata *Clorinda*
Indoluit, leviterque rigavit fletibus ora;
Sed potius moeret pro qua nec condolet ipsa.
Et mage quam flectus sua corda silentia tangunt;
Impatiensque virum, cui frontem tarda senectus
Signabat rugis, sic voce affatur amica:
Paucis enarres, quaeso, quo sanguine creti
Sint? quo fato, seu culpa damnentur ad ignem?

44

Ille quidem paucis, sed abunde arcana revolvit.
Talia discenti subito sententia surgit
Æque ambos illos nulla pallescere culpa.
Fixa manet mortem prohibere in corde voluntas,
Et siquidem arma valent, si verba precantia possint,
Est animus mentem iratam deflectere Regis.
Pulsat equum, flammaeque propinquans detinet illam;
Postea voce gravi sic ore loquuta ministris.

45

Donec ego Regem vestrum adloquar ore, caveto,
Ne quis iniquo animo officium complere molestum
Audeat ex vobis. Tutos me cura manebit
De cunctamine apud Regem vos reddere tali.
Instantes operi celeres praecepta facessunt,
Namque illos urget tantae praesentia formae.
Arripuitque viam ad Regem, qui se venienti
De solio descendens obvius ultro ferebat.

46

Fando, inquit, si forte tuas pervenit ad aures
Clorindae nomen, comes en Clorinda labori,
Una fides Nobis: In tanta pericula linquam
Te solum? Imperii nec fata extrema tuebor?
In casus omnes, te rege, audentior ibo;
Ardua nec fugiam, nec vilia munera spernam;
Seu jubeas in campo hostes invadere ferro,
Seu jubeas vallo clausos defendere muros.

47

Tacque, e rispose il Re: Qual sì disgiunta
Terra è da l'Asia, o dal cammin del Sole,
Vergine gloriosa, ove non giunta
Sia la tua fama, e l'onor tuo non vole?
Or che s'è la tua spada a me congiunta,
D'ogni timor m'affidi, e mi console:
Non s'esercito grande unito insieme
Fosse in mio scampo, avrei più certa speme.

48

Già già mi par, ch'a giunger qui Goffredo
Oltra il dover indugi. Or tu dimandi,
Ch'impieghi io te, sol di te degne credo
L'imprese malagevoli, e le grandi.
Sovra i nostri guerrieri a te concedo
Lo scettro, e legge sia quel che comandi.
Così parlava. Ella rendea cortese
Grazie per lodi: indi il parlar riprese.

49

Nova cosa parer dovrà per certo,
Che preceda a' servigi il guiderdone:
Ma tua bontà m'affida. Io vuò, che 'n merto
Del futuro servir que' rei mi done:
In don li chieggo, o pur, se 'l fallo è incerto,
Gli danna inclementissima ragione.
Ma taccio questo, e taccio i segni espressi,
Ond'argomento l'innocenza in essi.

50

E dirò sol, ch'è qui comun sentenza,
Che i Cristiani togliessero l'Immago:
Ma discord'io da voi, nè però senza
Alta ragion del mio parer m'appago.
Fu de le nostre leggi irreverenza
Quell'opra far, che persuase 'l Mago;
Che non convien ne' nostri Tempj a nui
Gl'Idoli avere, e men gl'Idoli altrui.

47

Quis locus est, inquit Rex, tam sejunctus ab orbe
Quo non Clorindae pervenerit inclyta fama?
Virtutes, laudesque tuas, fortissima Virgo,
Undique fama canit. Iam spes mihi fracta resurgit,
Et nova jam tacitam pertentant gaudia mentem,
Ut primum nostris tua sunt superaddita tela:
Non equidem palmae nobis spes firmior esset,
Quam si pro nobis exercitus adforet ingens.

48

Impatiens vellem jam jam adventare ferocem
Gothfredum, cujus mora nunc mihi tarda videtur.
Te decet ardua tantum invadere, et alta subire
Digna tua virtute; tenes quod voce petisti.
Te penes imperium, penes est suprema potestas
Ducere in arma viros, illisque imponere leges.
Sic ait: Ipsa satis grates solvebat amicas
Tot pro laudibus; inde iterum sic voce profatur.

49

Insuetum, meritis praecedant praemia dignis,
Regnator sapiens, tibi forsitan esse videtur.
At probitas tua depellit de corde timorem.
Praemia digna ferendi cujuscumque laboris
Sint illi duo vincti, quos tibi munère posco.
Caetera si dubium, immerito damnantur ad ignes;
Est crimen. Mitto quae signa patentia fulgent,
Et penitus sibi nil illos conscire revelant.

50

Hoc addam tantum; omnibus hic sententia sedet,
Christiadas sacram effigiem rapuisse tenebris.
Dent veniam, si nostra procul sententia distat,
Nec temere menti nostrae nos parcimus ultro.
Imperiosa Relligionis lege vetantur
Quae magus imprudens scelerata mente suasit
Ædibus in nostris haud fas Idolon habere,
Numina nec nostris peregrina adjungere sacris,

51

Dunque suso a Macon recar mi giova
Il miracol de l' opra; ed ei la fece,
Per dimostrar, che i Tempj suoi con nova
Religion contaminar non lece.
Faccia Ismeno incantando ogni sua prova,
Egli a cui le malie son d' arme in vece:
Trattiamo il ferro pur noi Cavalieri.
Quest' arte è nostra, e 'n questa sol si speri.

52

Tacque ciò detto: e 'l Re, bench' a pietade,
L' irate cor difficilmente pieghi,
Pur compiacerla volle; e 'l persuade
Ragione, e 'l move autorità di preghi.
Abbian vita, rispose, e libertade,
E nulla a tanto intercessor si neghi,
Siasi questa giustizia, ovver perdono,
Innocenti gli assolvo, e rei gli dono.

53

Così furon disciolti. Avventuroso
Ben veramente fu d' Olindo il fato;
Ch' atto potè mostrar, che 'n generoso
Petto al fine ha d' amore amor destato.
Va dal rogo a le nozze, ed è già sposo
Fatto di reo, non pur d' amante amato:
Volse con lei morire, ella non schiva,
Poi che seco non muor, che seco viva.

54

Ma il sospettoso Re stimò periglio
Tanta virtù congiunta aver vicina:
Onde (come egli volse) ambo in esiglio
Oltre a i termini andar' di Palestina.
Ei pur seguendo il suo crudel consiglio,
Bandisce altri Fedeli, altri confina.
O come lascian mesti i pargoletti
Figli, e gli antichi padri, e i dolci letti!

51

Ergo decet sursum portenta referre Maconi,
Qui sua faedari peregrina templa recusat
Relligione, quidem signum Macon ipse patravit.
Ismeno, cui pro telis est mira facultas,
Arte sua detur uti.. Terras ipse fatiget,
Et mare velivolum, et ventos, coelumque profundum,
Nos genus invictum, quibus arma placent fera Martis,
Arma geramus, spemque omnem ponemus in armis.

52

His tacuit dictis, et quamquam corda tyranni
Mitescant raro jamdudum nescia flecti,
Attamen indulgens precibus tot ponderis, aeque
Ac tantis causis devictus parcere duxit.
Libertas illis sit, sint et munera vitae,
Dixit, nec sint irrita tanti vota rogantis
Gratia seu sint quae poscis, seu jura requirant;
Innocuos mitto; sontes tibi munere dono.

53

Vincla soluta manent, manibus fractaeque catenae.
O nimium felix certe, o nimiumque beata
Olindi sors; cui flammati pectoris ignes
Pandere sorte datum, et fructum decerpere amoris!
Flamma rogi in taedam subito mutatur hymenis,
Iampridem nec amatus, amatae evadit amantis
Sponsus, et illa sibi thalamo sociare jugali
Non refugit, pro se voluit qui occumbere morti.

54

Rex metuens tantam simul intus habere propinquam
Virtutem voluit diversas quaerere terras
Sponsos ejectos patria, atque excedere Regno.
Insuper exercens odium implacabile Christi
In pueros, voluit quamplures linquere fines
Imperii. Lacrymantes illi dulcia linquunt
Pignora chara thori, et fessos aetate parentes,
Et dulces thalamos, Sacros Patriosque Penates,

55

Dura division! scaccia sol quelli
Di forte corpo, e di feroce ingegno:
Ma 'l mansueto sesso, e gli anni imbelli
Seco ritien, sì come ostaggi in pegno,
Molti n' andaro errando, altri ribelli
Fersi, e più che 'l timor potè lo sdegno.
Questi unirsi co' Franchi, e gl' incontraro
Appunto il dì, che in Emaus entraro.

56

Emaus è città, cui breve strada
Da la Regal Gerusalem disgiunge;
Ed uom, che lento a suo diporto vada,
Se parte mattutino, a nona giunge.
O quanto intender questo a i Franchi aggrada!
O quanto più il desio gli affretta, e punge
Ma perch' oltre il meriggio il Sol già scende,
Qui fa spiegar il Capitan le tende.

57

L' avean già tese: e poco era remota
L' alma luce del Sol da l' Oceano:
Quando duo gran Baroni in veste ignota,
Venir son visti, e 'n portamento estrano.
Ogni atto lor pacifico dinota,
Che vengan come amici al Capitano.
Del gran Re de l' Egitto son Messaggi,
E molti intorno hanno Scudieri, e Paggi.

58

Alete è l' un' che da principio indegno
Tra le brutture de la plebe è sorto;
Ma l' innalzaro a i primi onor del Regno
Parlar facondo, e lusinghiero, e scorto,
Pieghevoli costumi, e vario ingegno,
Al finger pronto, all' ingannare accorto;
Gran fabbro di calunnie adorne in modi
Novi, che sono accuse, e pajon lodi.

55

Expulit interea tantum, quibus integer aevi
Sanguis inest, solidæque suo stant robore vires.
At retinet secum quasi pignora certa salutis
Femineum genus, et quos annis opprimit aetas,
Proh scelus infandum, et durae divortia vitae!
Nonnulli fatis acti erravere per urbes;
Praevaluit flammans in pluribus ira timori;
Et Franchis Emmaus se se junxere rebelles.

56

Emmäus est urbs, semita quam sejungit ab urbe
Regali Solymorum tam brevis, ut pede lento
Qui gradiens, dum sol se vasto gurgite tollit,
Carpit iter, tangat, dum summo splendet in axe.
Quam placuit Franchis tantos ediscere casus!
Pectora quot stimulis divellit fervor eundi!
Sed quoniam Phaebus medium transvexerat orbem;
Castra locare jubet Dux, illa et sistere nocte.

57

Iam mediis campis tentoria fixa manebant,
Vixque procul Titania lux distabat ab undis,
Cum duo visi adstare viri comitante caterva,
Incessuque gravi, peregrinaque pepla ferentes:
Atque sub aspectu primo se se adfore amicos
Ostendunt, pacemque suis portendere rebus.
Mempheos Ægypti dominator miserat illos,
Ingens turba Ducum, procerumque tegebat euntes.

58

Alter Aletes erat, vili quem sanguine cretum
Ex plebe obscura miseri genuere parentes;
Ad Regni primos verum devexit honores
Sermo disertus eum, aeque ac subdola copia fandi.
Natura facilis, mentiri promptior Euro,
Corde sagax versare dolos, et ludere mentes;
Arte nova convicia sic innectere doctus,
Ut dictis mordens videatur tollere ad astra,

59

L'altro è il Circasso Argante, uom, che straniero
Sen venne a la regal corte d' Egitto;
Ma de' Satrapi fatto è de l' Impero,
E in sommi gradi a la milizia ascritto:
Impaziente, inesorabil, fero,
Ne l' arme infaticabile ed invitto,
D' ogni Dio sprezzator, e che ripone
Ne la spada sua legge, e sua ragione.

60

Chieser questi udienza, ed al cospetto
Del famoso Goffredo ammessi entraro:
E in umil seggio, e in un vestire schietto
Fra' suoi Duci sedendo il ritrovaro.
Ma verace valor, benchè negletto,
E' di se stesso a se fregio assai chiaro.
Picciol segno d' onor gli fece Argante;
In guisa pur d' uom grande, e non curante.

61

Ma la destra si pose Alete al seno
E chinò il capo, e piegò a terra i lumi;
E l' onorò con ogni modo appieno,
Che di sua gente portino i costumi.
Cominciò poscia, e di sua bocca uscieno
Più che mel dolci d' eloquenza i fiumi.
E perchè i Franchi han già il sermone appreso
De la Soria, fu ciò, ch' ei disse, inteso.

62

O degno sol, cui d' ubbidire or degni
Questa adunanza di famosi eroi,
Che per l' addietro ancor le palme, e i regni
Da te conobbe, e da i consigli tuoi;
Il nome tuo, che non riman tra i segni
D' Alcide, omai risuona anco fra noi;
E la fama d' Egitto in ogni parte
Del tuo valor chiare novelle ha sparte.

59

Argas alter erat Circassus nomine dictus,
Advena qui Pharos ad regalem venerat aulam;
Imperii at proceres inter numeratus ab annis
Jura dabat castris dominans, ac sceptra tenebat,
Impatiensque, ferus, sed inexorabilis ultra;
In bello assiduo duratus membra labore;
Nil superos curans, sacra nil quoque jura Tonantis,
Cui pro lege stat ensis, mucro pro ratione.

60

Dictis compellare Ducem hi petiere rogantes,
Atque introgressi coram est data copia fandi,
In medio procerum sine fastu, habitumque gerentem
Assuetum, atque humili sede invenere locatum.
Vera autem virtus cultu non indiget ullo,
Et quamvis neglecta seipsam exornat abunde.
Vix Argas illum parvo veneratur honore,
Tamquam vir magnus, cunctos qui despicit atrox.

61

At dextram sibi mox posuit sub pectore Aletes;
Deflexit frontem, et demisit lumina terrae,
Et quantum fas est magno illum affecit honore,
Ut de more solent illae se ducere gentes;
Dein placida molles diffundens voce loquelas
Edidit ore magis sermones nectare dulces.
Et quoniam Syriae Francos haud sermo latebat,
Astantes hausere animis quae est verba loquutus.

62

O cui dumtaxat tantorum turba virorum
Non dedignatur parere, et solvere jussa,
Nam quos ex Asia, Lybiaque tulere triumphos,
Ex Te, consiliisque tuis retulisse fatentur.
Fama quidem, nomenque tuum celebrata per orbem
Personat, et nostris crepitat quoque didita terris;
Nullus adest locus in tota regione Canopi,
Quo non plena voce tui celebrentur honores

63

Nè v' è fra tanti alcun, che non l' ascolte,
Come egli suol le meraviglie estreme.
Ma dal mio Re con istupore accolte
Sono non sol, ma con diletto insieme;
E s' appaga in narrarle anco più volte,
Amando in te ciò, ch' altri invidia, e teme;
Ama il valore, e volontario elegge
Teco unirsi d' amor, se non di legge.

64

Da sì bella cagion dunque sospinto
L' amicizia, e la pace a te richiede,
E 'l mezzo, onde l' un resti a l' altro avvinto;
Sia la virtù, s' esser non può la fede.
Ma perchè inteso avea, che t' eri accinto
Per iscacciar l' amico suo di sede,
Volse, pria ch' altro male indi seguisse,
Ch' a te la mente sua per noi s' aprisse,

65

E la sua mente è tal, che s' appagarti
Vorrai di quanto hai fatto in guerra tuo;
Nè Giudea molestar, nè l' altre parti,
Che ricopre il favor del Regno suo;
Ei promette a l' incontro assicurarti
Il non ben fermo Stato, e se voi duo
Sarete uniti, or quando i Turchi e i Persi
Potranno unqua sperar di riaversi?

66

Signor, gran cose in picciol tempo hai fatte;
Che lunga età porre in obblio non puote,
Eserciti, città, vinti, e disfatte,
Ære gravem, validumque suis thoraca catenis,
Corpore nec firmum Corbanum casside texit,
Namque uni Dudo trajecit vulnere pectus,
Alterius vero resecavit guttura ferro.
Ille sua Malictumque manu demisit ad orcum,
Ille Amuraeten; ille Almansoremque ferocem,
Ipsemet Argas non audet concurrere ferro.

45

Infremit interea secum crepitante furore;
Saepe pedem furor urget, vix pugnamque lacessit;
Saepe timore simul relegit vestigia retro,
Cum demum rapida se vertit concitus ira,
Tamque repente latus victoris cuspide fodit,
Ut fugientem animam cum sanguine fuderit atro.
Volvitur in caput, atque immani pondere lethi
Pressa in perpetuam clauduntur lumina mortem.

46

Terque requisivit lucem, cubitoque resedit,
Terque oculos clausit revolutus lumine cassos.
Deficit; infixum stridet sub pectore vulnus;
Jam vires abeunt, segnis calor ossa relinquit:
Lethæus tandem fessos sopor occupat artus,
Exanimisque suo decumbit sanguine stratus.
Corpus humi fusum incunctanter linquit arena,
Et rapido subvectus equo praetervolat Argas.

47

Con tutto ciò, se ben d'andar non cessa,
Si volge ai Franchi, e grida: O cavalieri,
Questa sanguigna spada è quella stessa,
Che 'l Signor vostro mi donò pur jeri.
Ditegli, come in uso oggi l' ho messa,
Ch' udirà la novella ei volentieri
E caro esser gli dee, che 'l suo bel dono
Sia conosciuto al paragon sì buono.

48

Ditegli, che vederne omai s' aspetti
Ne le viscere sue più certa prova:
E quando d' assalirne ei non s' affretti,
Verrò non aspettato, ov' ei si trova.
Irritati i Cristiani a i fieri detti,
Tutti ver lui già si moveano a prova.
Ma con gli altri esso è già corso in sicuro
Sotto la guardia de l' amico muro.

49

I difensori a grandinar le pietre
Da l' alte mura in guisa incominciaro,
E quasi innumerabili faretre
Tante saette a gli archi ministraro,
Che forz' è pur che 'l Franco stuol s' arretre:
E i Saracin ne la cittade entraro.
Ma già Rinaldo, avendo il piè sottratto
Al giacente destrier, s' era qui tratto.

50

Venia per far nel Barbaro omicida
De l' estinto Dudone aspra vendetta;
E fra' suoi giunto alteramente grida:
Or qual indugio è questo? e che s' aspetta?
Poi ch' è morto il Signor, che ne fu guida,
Che non corriamo a vendicarlo in fretta?
Dunque in sì grave occasion di sdegno
Esser può fragil muro a noi ritegno?

47

Intumuit fastu rebus felicibus Argas,
Et quamquam fugiat pavidus, tamen ore superbus;
Ense manu se se vertens stillante cruorem
Talibus audet victores illudere dictis:
En gladius, quem ferre dedit dominator in armis
Vester herus: quam sit bene gestum munus in usum
Ut noscat fas. Forsan notitiam ille lubenter
Excipiet; Vos o Proceres, quae gesta, referte.

48

Ferte Duci vestro mihi fixum mente sedére,
Quid valeat ferrum ut melíus sua viscera discant.
Quod si quam citius fera bella ciere moratur,
Non expectatus veniam, pugnamque ciebo.
Accensi super his certatim sanguine Galli
Unanimes cuncti currebant sumere poenas.
Ast Argas medius sociis stipantibus illum
Vectus equo aufugit, se seque sub arce tuetur.

49

Interea custodes tot de moenibus altis
Saxa vibrant, tantas nervo stridente sagittas,
Ut quasi sub largo lapidosae grandinis imbre
Gallorum retro compellantur abire cohortes;
Thracibus unde datum portas penetrare patentes,
Et tutos se se tandem conferre sub arces.
Jamque pedem sonipi interea subduxerat, illuc
Venerat et flammas spirans, aderatque Rinaldus.

50

Venerat ulturus mortem Dudonis amici,
Et dignas fuso de sanguine sumere poenas.
Ast ubi pervenit socios sic voce lacessit.
Quae tantae tenuere morae? cur pectora torpent?
Dux cecidit! Dux heu! vester decumbit inultus?
Cur festinantes Ducis haud ulciscimur umbras?
Invalidus paries igitur compescere nostram
Virtutem poterit tanto suadente furore?

51

Non, se di ferro doppio, o d'adamante
Questa muraglia impenetrabil fosse,
Colà dentro sicuro il fiero Argante
S'appiatteria da le vostr'alte posse.
Andiam pure a l'assalto: ed egli innante
A tutti gli altri in questo dir si mosse;
Che nulla teme la sicura testa
O di sassi, o di strai nembo, o tempesta.

52

Ei crollando il gran capo, alza la faccia,
Piena di sì terribile ardimento,
Che sin dentro a le mura i cuori agghiaccia
A i difensor d'insolito spavento.
Mentr'egli altri rincora, altri minaccia,
Sopravvien chi reprime il suo talento:
Che Goffredo lor manda il buon Sigiero,
De' gravi imperi suoi nunzio severo.

53

Questi sgrida in suo nome il troppo ardire;
E incontinente il ritornar impone.
Tornatene, dicea, ch'a le vostr'ire
Non è il loco opportuno, e la stagione.
Goffredo il vi comanda. A questo dire
Rinaldo se frenò, ch'altrui fu sprone:
Benchè dentro ne frema, e più d'un segno
Dimostri fuori il mal celato sdegno.

54

Tornar le schiere indietro: e da i nemici
Non fu il ritorno lor punto turbato:
Nè in parte alcuna degli estremi uffici
Il corpo di Dudon restò fraudato.
Su le pietose braccia i fidi amici
Portarlo, caro peso, ed onorato.
Mira in tanto il Buglion d'eccelsa parte
De la forte cittade il sito, e l'arte.

51

Non gemino paries si esset circumdatus aere,
Non si adamante foret, tutus latitaret inultus
Argas, et nostras eluderet improbus iras.
Dixerat, indomitosque gerens sub corde furores
Aggrediamur, ait, stimulis sonipemque fatigans
Ante omnes graditur minitans, portisque propinquat
Impavidus, galeaque caput, clypeoque retectus
Nec lapides, nec tela timet, nec saxa, nec ignes.

52

Concutiensque caput sublimem extollit in urbem
Lumina tam dire ultrices spirantia caedes,
Ut custodibus insueto terrore rigescant
Corda licet clausis firmo munimine muri.
Dum comites tardos urget, timidosque minatur,
Ecce supervenit, cui fas fraenare juventam,
Improvisus adest Sigerius a duce summo
Missus, qui graviora ejus mandata facessit.

53

Nomine dein, verbisque suis hic increpat ausus
Immodicos: ad castra jubet remeare repente.
Eja agite, et vosmet rebus servate secundis;
Resque, locusque petant, tantum fraenare furorem;
Ipse jubet Gothfredus, ait, redeatis amici.
Ardentes animos cohibens, iramque frementem,
Dictis qui impulerat socios prius, ipse Rinaldus
Paruit; erumpant licet extra signa furoris.

54

Talia carpentes dirae rediere cohortes,
Nec reditum altis turbarunt e moenibus hostes.
Extremo haud caruit Dudonis corpus honore;
Suffultum lacrymans validis turma extulit ulnis,
Et querulas voces edens dedit ossa sepulchro.
Interea alti Gothfredus de vertice montis
Turrigerasque arces, et pontes urbis, et artes
Explorat procul, et versat sub pectore curas.

55

Gerusalem sovra due colli è posta
D'impari altezza, e volti fronte a fronte:
Va per lo mezzo suo valle interposta,
Che le distingue, e l'un da l'altro monte.
Fuor da tre lati ha malagevol costa:
Per l'altro vassi, e non par che si monte.
Ma d'altissime mura è più difesa
La parte piana, e 'ncontra Borea stesa.

56

La città dentro ha lochi, in cui si serba
L'acqua, che piove, e laghi e fonti vivi:
Ma fuor la terra intorno è nuda d'erba,
E di fontane sterile, e di rivi.
Nè si vede fiorir lieta, e superba
D'alberi, e fare schermo ai raggi estivi;
Se non se in quanto oltra sei miglia un bosco
Sorge d'ombre nocenti orrido, e fosco.

57

Ha da quel lato donde il giorno appare,
Del felice Giordan le nobili onde;
E da la parte Occidental del mare
Mediterraneo l'arenose sponde.
Verso Borea è Betel, ch'alzò l'altare
Al bue de l'oro, e la Samaria; e donde
Austro portar ne suol piovoso nembo,
Betelem, che 'l gran Parto accolse in grembo.

58

Or mentre guarda e l'alte mura, e 'l sito
De la città Goffredo, e del paese:
E pensa, ove s'accampi, onde assalito
Sia il muro ostil più facile a l'offese:
Erminia il vide, e dimostrollo a dito
Al Re Pagano, e così a dir riprese:
Goffredo è quel, che nel purpureo ammanto
Ha di regio, e d'augusto in sè cotanto.

55

Urbs Solymea duos supereminet inclyta colles
Vertice inaequales conversa fronte vicissim:
Hos inter jacet ima jugis circumdata vallis,
Quae geminos colles, nec non discriminat urbem.
Clivus inaccessas tres costas arduus ambit,
Tramite vix plano ex latere extremo itur ad arces
Planities autem ex Borea, quae respicit Arctos,
Perquam altis est arte nova circumdata muris.

56

Intus in urbe loca; et putei, fontesque perennes
Sunt, ubi servatur pluvialis lympha per usus.
Extra urbem tellus virides non parturit herbas,
Nec niveo de pumice fons, nec rivus arenas
Lambit aquis: Foecunda novis nec frondibus arbos
Luxuriat, patulisque comis defendat ab aestu;
Sed procul hinc tantum per bis ter millia passum
Assurgit lucus plantis, atque horridus umbris.

57

Illam urbis partem, qua sol se gurgite vasto
Tollit, Jordanis baptizans alluit unda.
Illam autem, qua Phoebus se se condit in undis,
Ora maris mediterranei resonantia pulsant.
Qua gelidus Boreas scythico bacchatur ab Arcto
Bethel adest, quae thura bovi sacravit, et aras,
Et Samaria, sed unde Notus pluviasque, hyememque
Secum affert, Bethlem sacro celeberrima partu.

58

Haec ubi sollicitus munimina prospicit heros,
Totiusque situm signat regionis, et urbis,
Atque ubi castra locet tacitus sub pectore versat,
Unde queat muros facili perrumpere pulsu,
Erminia ex alta arce oculos defixit in illum,
Et digito monstrans sic Regem est ore loquuta:
Quem Tirium ex auro textum discriminat ostrum,
Gothfredus, quo nil siquidem praestantius unquam.

59

Veramente è costui nato a l' impero;
Sì del regnar, del comandar sa l' arti;
E non minor, che Duce; è Cavaliero;
Ma del doppio valor tutte ha le parti:
Nè fra turba sì grande uom più guerriero,
O più saggio di lui potrei mostrarti.
Sol Raimondo in consiglio, ed in battaglia.
Sol Rinaldo e Tancredi a lui s' agguaglia

60

Risponde il Re Pagan: Ben ho di lui
Contezza, e 'l vidi a la gran corte in Francia;
Quand' io d' Egitto Messaggier vi fui;
E 'l vidi in nobil giostra oprar la lancia:
E sebben gli anni giovanetti sui
Non gli vestian di piume ancor la guancia,
Pur dava a' detti, a l' oprà, a le sembianze
Presagio omai d' altissime speranze.

61

Presagio ahi troppo vero! E quì le ciglia..
Turbate inchina, e poi l' innalza, e chiede
Dimmi, chi sia colui, ch' ha pur vermiglia
La sopravvesta, e seco a par si vede.
O quanto di sembiante a lui simiglia!
Se bene alquanto di statura cede.
E' Baldovin, risponde, e ben si scopre
Nel volto a lui fratel; ma più ne l' opre.

62

Or rimira colui, che quasi in modo
D'uom, che consigli, sta da l' altro fianco:
Quegli è Raimondo: il qual tanto ti lodo:
D' accorgimento uom già canuto, e bianco:
Non è chi tesser me' bellico frodo
Di lui sapesse, o sia Latino, o Franco:
Ma quell' altro più in là, ch' aurato ha l' elmo,
Del Re Britanno è 'l buon figliuol Guglielmo.

59

Fata voçant illum summa ad moderamina rerum;
Nam regere imperio populos, et sceptra tenere
Sorte datum est illi privato munere coeli
Ille Duuis partes adeo bene perficit omnes,
Non minus ac equitis, compar ut nemo putetur.
Tot, tantosque viros inter nil majus habebis.
Vix Raymundus ei par ducitur arte regendi,
Vixque pares habet in bello Tangrem, atque Rinaldum

60

Rex contra: haud ignota refers, mihi cognita virtus
Magna viri; Gallorum augusto in limine Regis
Novi illum, legatus ubi pro gente Canopi
Vixi aliquando; Et quamvis tempora verna juventae
Nondum vestirent juveni lanugine malas,
Ludentem vidi gestare in equestribus hastam,
Aspectuque gravi, dictisque sonantibus altae
De juvene imberbi didici praesagia laudis.

61

Me miserum! Sententia me non illa fefellit!
Haec memorans demittit moerens lumina; dehinc
Dissimulans inquit: Quis? cui Sidonia vestis
It tergo, secumque gradu procedit eodem?
Quam similis forma! quamvis sit corpore quidquam
Iste minor! Merito (illa refert) nam natus eodem
Est genitore: parentes nomine Baldovinum
Dixerunt, fratri similem gesta mine, et ore.

62

Aspice qui lateri Ducis haeret parte sinistra,
Quique viri prudentis ad instar saepe videtur
Tradere consilia, ipse animo maturus, et aevo
Est Raymundus, quem merito effert fama per orbem.
Nullus de Franca, nullus de gente latina
Scit melius bello occultas intexere fraudes.
Ille sed ulterius, qui aurata casside crines
Obserit, est Gulielmus natus Rege Britanno.

63

V'è Guelfo seco: egli è d' opre leggiadre
Emulo, e d' alto sangue, e d' alto stato.
Ben lo conosco a le sue spalle quadre,
Ed a quel petto colmo e rilevato.
Ma 'l gran nemico mio tra queste squadre
Già riveder non posso, e pur vi guato.
I' dico Boemondo il micidiale,
Distruggitor del sangue mio reale.

64

Così parlavan questi. E 'l capitano,
Poi ch' intorno ha mirato, a i suoi discende.
E perchè crede, che la Terra in vano
S' oppugneria, dove il più erto ascenda:
Contra la porta Aquilonar nel piano,
Che con lei si congiunge, alza le tende;
E quinci procedendo infra la Torre,
Che chiamano Angolar, gli altri fa porre.

65

Da quel giro del campo è contenuto
De la cittade il terzo, o poco meno:
Che d' ogn' intorno non avria potuto
(Cotanto ella volgea) cingerla a pieno.
Ma le vie tutte, ond' aver puote ajuto
Tenta Goffredo d' impedirle almeno:
Ed occupar fa gli opportuni passi,
Onde da lei si viene, ed a lei vassi.

66

Impon, che sian le tende indi munite
E di fosse profonde, e di trinciere:
Che d' una parte a cittadine uscite,
Da l' altra oppone a correrie straniere.
Ma poi che fur quest' opere fornite,
Volse egli il corpo di Dudon vedere:
E colà trasse, ove il buon Duce estinto
Da mesta turba, e lagrimosa è cinto.

63

Pone subit Guelphus præstans virtutibus altis,
Nobilitate potens, præclara stirpe creatus.
Nosco illum elatis humeris, ac pectore vasto,
Sed mihi lustranti turmas absconditur hostis,
Qui generis nostri fœdavit Sanguine terras,
Et nostras evertit opes a culmine ferro.
De Bohemundo verba fero, qui miscuit urbem
Cædibus, et late vastavit cuncta furore.

64

Talia jactabant illi, cum Gallicus heros,
Omnia lustrasset postquam, sua castra petebat;
Et quoniam censet, quod inexpugnabilis esset
Urbs, ubi vallantur præruptis mœnia clivis,
Castra locat contra portam ex Aquilone locatam
Vasta in planitie, quæ valvis hæret eisdem.
Ulteriusque struens vallum procedit ad arcem
Versus inaccessam, et reliquorum castra locavit.

65

Tertia pars urbis pene campi includitur arcu,
Sed nec enim poterat circum undique milite cingi;
Prodiga namque opibus munimine summa potestas
Ingenti spatio, ac vallis præcluserat illam,
At saltem tentat calles, aditusque, viasque
Gothifredus, ne alimenta habeat, præcludere cunctas,
Unde nec obsessis datur ire in aperta locorum,
Nec datur ex campis pariter succedere muris.

66

Vallari jubet aggeribus, foveisque profundis
Castra locata, forent ut tuta ruentibus urbe,
Nec peregrinos hostes nocte silente timerent.
Sed postquam solerti sunt completa labore
Jussa Ducis, strictaque urbs obsidione reclusa,
Gothifredus voluit Dudonis visere corpus.
Fert amor ipse pedes agiles ad corpus amici,
Quem modo turba ducum lacrymans lugebat ademptum.

71

Così diss' egli: e già la notte oscura
Avea tutti del giorno i raggi spenti;
E con l' obblio d' ogni nojosa cura
Ponea tregua a le lagrime, a i lamenti.
Ma il Capitan, ch' espugnar mai le mura
Non crede senza i bellici stromenti,
Pensa ond' abbia le travi, ed in quai forme
Le macchine componga, e poco dorme.

72

Sorse a pari co 'l Sole, ed egli stesso
Seguir la pompa funeral poi volle.
A Dudon d' odorifero cipresso
Composto hanno il sepolcro a piè d' un colle
Non lunge a gli steccati; e sovra ad esso
Un' altissima Palma i rami estolle.
Or qui fu posto; e i Sacerdoti intanto
Quiete a l' alma gli pregar col canto.

73

Quinci, e quindi fra i rami erano appese
Insegne, e prigioniere arme diverse,
Già da lui tolte in più felici imprese
A le genti di Siria, ed a le Perse.
De la corazza sua, de l' altro arnese
In mezzo il grosso tronco si coperse.
Qui (vi fu scritto poi) giace Dudone:
Onorate l' altissimo Campione.

74

Ma il pietoso Buglion, poi che da questa
Opra si tolse dolorosa, e pia,
Tutti i fabbri del campo a la foresta
Con buona scorta di soldati invia.
Ella è tra valli ascosa, e manifesta
L' avea fatta a' Francesi uom di Soria.
Qui per troncar le macchine n' andaro,
A cui non abbia la città riparo.

71

Dixerat, et nox atra polo dimoverat umbris
Jam *Phoebi* radios se se mergentis in undas,
Questubus et dederat finem, lacrymisque levamen,
Expellens animo curas, oblita malorum.
Ast Gothfredus, qui celsis sine molibus urbem,
Haudquaquam oppugnare putat, secum ipse volutat
Unde trabes habeat, vel qua ratione repente
Instrumenta struat; Dedit hinc vix lumina somno.

72

Assurrexit mane novo, æque ac Phoebus Eoo,
Funeream que sequi voluit Dudonis amici
Pompam. Sed jam fida manus sub colle propinqua
Struxerat heroi tumulum cyparissibus altis
Non procul a castris: super illum asssurgit in auras
Victrix palma suos tollens ad sidera ramos.
Hic positum corpus Ducis, altarisque ministri
Exposcunt animæ interea almæ munera pacis.

73

Pendebant varia ex devictis hostibus arma
E ramis, illustria utraque ex parte trophæa,
Quae tulerat quondam, dum prospera fata manebant;
A Persis, Syriisque tot inter prælia victor.
Aptarant trunco galeam, clypeumque coruscum,
Atque ensem invictum, et magnum thoraca petitum,
Carmen erat scriptum tumulo: Hic jacet inclytus heros
Dudo: Virum colito magna virtute viator.

74

Sed postquan Dudoni Dux pia funera solvit,
Artifices campi stipatos milite magno
Mittit in antiquam, dumisque horrentibus atram
Sylvam, culmina quam mediis in vallibus imis
Celsa tegunt. Syriæ hanc patefecerat incola Gallis.
Huc delecta manus venit cæsura bipenni
Quæ fas, ut fierent apta instrumenta labori,
Queis urbs pulsa cadat rapida labefacta ruina.

75

L' un l' altro esorta, che le piante atterri,
E faccia al bosco inusitati oltraggi.
Caggion recise da taglienti ferri
Le sacre palme, e i frassini selvaggi,
I funebri cipressi, e i pini, e i cerri,
L' elci frondose, e gli alti abeti, e i faggi,
Gli olmi mariti, a cui talor s' appoggia
La vite, e con piè torto al ciel sen poggia.

76

Altri i tassi, e e le quercie altri percote,
Che mille volte rinnovar le chiome;
E mille volte ad ogn' incontro immote
L' ira de' venti han rintuzzate, e dome;
Ed altri impone su le stridenti rote
D' orni, e di cedri l' odorate some.
Lasciano al suon de l' arme, al vario grido
E le fere e gli augei la tana e 'l nido.

Fine del Canto Terzo.

75

Incumbunt operi artifices, se seque lacessunt
Voce vicissim. Jam crebris sonat ictibus aer,
Præcipitesque cadunt orni, palmæque virentes,
Et patulæ fagus, Cerri; pinusque revulsae.
Et quercus frondentes, funereique cypressus;
Concidit icta solo crebrisque securibus ulraus,
Sæpe maritali nexu, cui vitis adhæret
Curva pedem, cœloque comas extollit apricos.

76

Prosternunt alii taxus, aliique recidunt
Robora, et annosas quercus, quæ mille per annos
Hirsutas renovare comas, irasque frementes
Ventorum, ac tempestatum domuere superbæ,
Æratasque rotas ingenti mole fatigant.
Fertur odoratum pondus cedri axe frementi
Lustra ferae linquunt strepitus formidine captæ,
Territa dimisso volucris volat æthere nido.

CANTO

QUARTO.

ARGOMENTO.

D'orribil tromba al ranco suon richiama
Il Re d'Abisso le Tartaree torme;
E contro l'armi, che Dio guida, ed ama,
Tutte l'arma, e disserra in varie forme.
Esecutrice indi è di ciò, ch'ei brama,
L'arte d'Armida a sua beltà conforme.
Tent'ella Eroi, tenta Goffredo, e 'nvano,
Ch'ei sano ha 'l cor d'ogni desir non sano.

1

Mentre son questi a le bell'opre intenti,
Perchè debbiano tosto in uso porse,
Il gran nemico de l'umane genti
Contra i Cristiani i lividi occhi torse:
E scorgendoli omai lieti, e contenti,
Ambo le labbra per furor si morse:
E qual Tauro ferito, il suo dolore
Versò mugghiando, e sospirando fuore.

2

Quinci avendo pur tutto il pensier volto
A recar ne' Cristiani ultima doglia;
Che sia, comanda; il popol suo raccolto,
Concilio orrendo, entro la regia soglia:
Come sia pur leggiera impresa (ahi stolto)
Il repugnare a la divina voglia:
Stolto, ch'al ciel si agguaglia, e in obblio pone
Come di Dio la destra irata tuone.

LIBER

QUARTUS

ARGUMENTUM.

Convocat ad se Rex tenebrarum Numina Averni.
Perniciem campi mandat. Sua munera quisque
Suscipit. Insanas stygia de valle sorores
Hinc stimulant iras : hinc excitat ignes
Lascivus Genius. Favet Hydroas arte magiae
Consiliis Acherontis; Jamque edocta parare
Insidias Armida studet laqueare potentes
Campi. Gothfredum vano molimine tentat.

1

Dum peragunt incoepta, graves subeuntque labores
Belligeri Christi; fervetque opus omine fausto,
Lumina de stygiis humani nominis hostis
Livida detorsit Regnis Acherontis in illos,
Cumque nimis laetos, hilares nimiumque videret
Ambo labella furens sibi iniquo dente momordit,
Saucius ac veluti improviso vulnere taurus
Mugiit indignans, vomuitque e corde dolorem.

2

Cumque animo secum volvisset plurima iniquo,
Ut ferret postrema invisis funera Gallis,
Concilium, populumque suum in penetrale profundum
Praecipit acciri (horrendum!) e Phlegetonte tremendo;
Quasi foret leve, demens! contra sistere mentem
Numinis aeterni, atque immota evertere fata.
Demens, qui se aequare Deo, et caput altius audet
Tollere, nec meminit quid possit dextra Tonantis.

3

Chiama gli abitator de l' ombre eterne
Il rauco suon de la Tartarea tromba.
Treman le spaziose atre caverne,
E l' aer cieco a quel romor rimbomba:
Nè sì stridendo mai da le superne
Regioni del cielo il folgor piomba;
Nè sì scossa giammai trema la Terra,
Quando i vapori in sen gravida serra.

4

Tosto gli Dei d' Abisso in varie torme
Concorron d' ogni 'ntorno a l' alte porte.
Oh come strane, o come orribil forme!
Quant' è ne gli occhi lor terrore, e morte,
Stampano alcuni il suol di ferine orme,
E 'n fronte umana han chiome d' angui attorte,
E lor s' aggira dietro immensa coda,
Che, quasi sferza, si ripiega, e snoda.

5

Qui mille immonde Arpie vedresti, e mille
Centauri, e Sfingi, e pallide Gorgoni;
Molte, e molte latrar voraci Scille,
E fischiar Idre, e sibilar Pitoni;
E vomitar Chimere atre faville,
E Polifemi orrendi, e Gerioni;
E in novi mostri; e non più intesi, e visti
Diversi aspetti in un confusi, e misti.

6

D' essi parte a sinistra, e parte a destra
A seder vanno al crudo Re davante.
Siede Pluton nel mezzo, e con la destra
Sostien lo scettro ruvido e pesante;
Nè tanto scoglio in mar, nè rupe alpestra,
Nè pur Calpe s' innalza, o 'l magno Atlante,
Ch' anzi lui non paresse un picciol colle;
Sì la gran fronte, e le gran corna estolle:

3

Convocat ad solium tenebrarum in sede potentes
Buccina rauca Erebi sonitu crepitante per umbras.
Ad sonitum concussae antris tremuere cavernae,
Carceris et coecus tenebrosi immugiit aer.
Nec ruit ex alto tanto crepitante fragore
Fulmen, ubi quatit excelsas e culmine turres;
Nec tanto quatitur tellus excussa fragore,
Claudit ubi caecis ignes jam foeta caminis.

4

Undique per turmas accurrunt Numina Averni,
Conveniuntque simul trucis alta ad limina Regis.
Quot formas insuetas, horribilesque videres!
Lumina torva implent trepida formidine mentes.
Illa ferina solo vestigia sculpere plantis,
Anguineasque comas deferre in frontibus altis
Aspiceres. Retro in varios se complicat orbes
Cauda, pedes circum, et sinuosa volumina versat.

5

Hic turpes, foedasque Harpyas mille videres,
Centauros, sfinges, pallentes ore Medusas,
Mille audires hic scyllas latrare voraces,
Pythonesque, Hydriasque feras dare sibila linguis.
Hic quoque mille Chimaeras flammas ore vomentes,
Ingentes Polyphemos, Geryonesque triformes.
Apparent, mirum! Simul hic nova monstra figuris
Immutata novis, trucibusque horrentia rostris.

6

Pars dextram, laevamque petit pars ante tyrannum;
Consedere simul, totumque implere senatum.
Pluto sedet medius solio, numerumque relegit
Sceptra tenens rudia, atque ingenti pondere dextra.
Excelsum caput, atque ingentia cornua tollit,
Jamque inter sua se vasta fert Numina mole;
Ut rupes altae, calpes, et maximus Atlas
Ante illum exigui colles videantur arenae.

7

Orrida maestà nel fiero aspetto
Terrore accresce, e più superbo il rende:
Rosseggian gli occhi, e di veneno infetto,
Come infausta cometa, il guardo splende:
Gl' involve il mento, e su l' irsuto petto
Ispida, e folta, la gran barba scende,
E in guisa di voragine profonda
S' apre la bocca d' atro sangue immonda.

8

Qual' i fumi sulfurei, ed infiammati
Escon di Mongibello, e 'l puzzo, e 'l tuono;
Tal de la fiera bocca i negri fiati,
Tale il fetore, e le faville sono.
Mentre ei parlava, Cerbero i latrati
Ripresse, e l' Idra si fe' muta al suono:
Restò Cocito, e ne tremar gli abissi;
E in questi detti il gran rimbombo udissi.

9

Tartarei Numi, di seder più degni
Là sovra il Sole, ond' è l' origin vostra,
Che meco già da i più felici Regni
Spinse il gran caso in quest' orribil chiostra:
Gli antichi altrui sospetti, e i fieri sdegni
Noti son troppo, e l' alta impresa nostra.
Or colui regge a suo voler le stelle,
E noi sium giudicate alme rubelle.

10

Ed in vece del dì sereno, e puro,
De l' aureo Sol, degli stellati giri,
N' ha qui rinchiusi in quest' abisso oscuro,
Nè vuol ch' al primo onor per noi s' aspiri.
E poscia (ahi quanto a ricordarlo è duro)
Quest' è quel, che più inaspra i miei martiri
Ne' bei seggi celesti ha l' uom chiamato,
L' uom vile, e di vil fango in terra nato.

7

Horrida majestas terrorem in fronte feroci
Ingeminat; magis hinc evaditque ille superbus;
Ardescunt oculi suffecti sanguine, et igni,
Et quasi stella comata rubent, malaque atraminantur.
Hispida barba genas vestit, prolixaque praeceps
Labitur in pectus complexis crinibus horrens;
Panduntur fauces vastae, velut atra vorago,
Commaculat corruptus quas cruor undique manans.

8

Quales erumpunt fumi e fornacibus Ethae
Flammivomae, tonitruque, putore, et sulphure mixti;
Talis erat flatus piceus, talesque favillae,
Et talis putor erumpens ex ore tyranni.
Dum loquitur fauces fraenavit cerberus atrox,
Hydra venenatis siluit sonituque colubris:
Corripuit stygis amnis aquas, tremuere barathra,
Talibus et dictis crepitans vox fertur ad aures.

9

Numina magna Erebi, Superum quae sanguine creta
Alta sedere quidem super astra deceret Olympi,
Quae mecum olim fatorum ex felicibus oris
Impulit, infandum, ordo sub haec spiracula Ditis.
Ecquem suspicio vetus, ecquem iraeque cruentae,
Magnanimique ausus nostri latuere, dolique?
Astra regit solus jam nunc felicior Ille,
Tartara Regna tenent nos, non secus atque rebelles.

10

Insuper et voluit ferus, ut teterrima vallis,
Et tristis sine sole domus haec gurgite vasto
Heu nobis pro luce, aulaque nitentis Olympi
Esset in aevum! Ad primos spes abit omnis honores;
Quodque magis dolet (heu mihi, quam meminisse nefandum!)
Dein homines, hominumque genus tellure creatum
Ex limo nostras sedes, soliumque teneret
Jussit, et hinc nobis spes omnis adempta salutis.

11

Nè ciò gli parve assai : ma in preda a morte
Sol per farne più danno, il Figlio diede.
Ei venne, e ruppe le tartaree porte,
E porre osò ne' Regni nostri il piede,
E trarne l' alme a noi dovute in sorte,
E riportarne al ciel sì ricche prede,
Vincitor trionfando ; e in nostro scherno,
L' insegne ivi spiegar del vinto inferno.

12

Ma che rinnovo i miei dolor parlando ;
Chi non ha già l' ingiurie nostre intese ?
Ed in qual parte si trovò, nè quando,
Ch' egli cessasse da l' usate imprese ?
Non più dessi a l' antiche andar pensando,
Pensar dobbiamo a le presenti offese.
Deh non vedete omai, com' egli tenti
Tutte al suo culto richiamar le genti ?

13

Noi trarrem neghittosi i giorni, e l' ore,
Nè degna cura fia, che 'l cor n' accenda ?
E soffrirem, che forza ognor maggiore
Il suo popol fedele in Asia prenda ?.
E che Giudea soggioghi, e che 'l suo onore,
Che 'l nome suo più si dilati, e stenda ?
Che suoni in altre lingue, e in altri carmi
Si scriva, e incida in novi bronzi, e 'n marmi :

14

Che sian gl' Idoli nostri a terra sparsi ?
Ch' i nostri altari il mondo a lui converta ?
Ch' a lui sospesi i voti, a lui sol arsi
Siano gl' incensi, ed auro, e mirra offerta ?
Ch' ove a noi tempio non solea serrarsi,
Or via non resti a l' arti nostre aperta ?
Che di tant' alme il solito tributo
Ne manchi, e in voto regno alberghi Pluto ?

11

Nec sat; sed sobolem placuit submittere letho
Quo magis inferni foret irreparabile damnum.
Illa poli summo venit delapsa per auras,
Et portas Acherontis ovans confregit ahenas,
Regnaque Cocyti victrix penetrare superba
Est ausa, et Manes tenebroso tollere Averno.
Exuviis onerata Erebi conscendit ad astra,
Æternumque excelsa fixit in arce trophaeum.

12

Quid juvat heu! priscos verbis renovare dolores?
Ecquosnam mala nostra latent, passique labores?
Nulla fuere loca, unquam nullum tempus ab aevo,
Quo placitum, placeatque illi desistere coeptis.
Attamen obliti priscos, passosque labores
Resque, locusque petunt, ut prospiciamus acerbis
Quae impendunt fatis. Ecce ad sua numina gentes
Quotquot habet terrarum orbis, revocare laborat.

13

Interea resides noctesque, diesque trahemus,
Ulla nec laudis tanguntur pectora cura?
Questubus et vanis ergo patiemur inertes
Ut sua gens Asiae vires acquiret eundo:
Et tota Isacidum tandem regione subacta
Undique divinos sumat sibi thuris honores?
Ut cultus, nomenque suum se extendat in oras,
Inque incidatur saxis, sculpetur in aere?

14

Ut nostrum sternantur humi simulacra Deorum,
Et nostras aras orbis convertat ad illum?
Votaque supplicibus solvantur, thura crementur
Illi uni, myrramque, aurumque resumat et unus?
Et nobis, quibus ante solebant undique tolli
Templa columnis, jam nec erunt delubra, nec arae?
Tot, tantaeque umbrae ut nigro eripiantur ab orco,
Et Pluto desertis jam dominetur in oris?

15

Ah non fia ver, che non sono anco estinti
Gli spirti in noi di quel valor primiero,
Quando di ferro, e d' alte fiamme cinti
Pugnammo già contra il celeste Impero:
Fummo (io no 'l nego) in quel conflitto vinti;
Pur non mancò virtute al gran pensiero:
Ebbero i più felici allor vittoria,
Rimase a noi d' invitto ardir la gloria.

16

Ma perchè più v' indugio? Itene, o miei
Fidi consorti, o mia potenza, e forze:
Ite veloci, ed opprimete i rei,
Prima ch' il lor poter più si rinforze;
Pria che tutt' arda il Regno de gli Ebrei,
Questa fiamma crescente omai s' ammorze.
Fra loro entrate, e in ultimo lor danno
Or la forza s' adopri, ed or l' inganno.

17

Sia destin ciò, ch' io voglio: altri disperso
Sen vada errando: altri rimanga ucciso:
Altri in cura d' amor lascive immerso,
Idol si faccia un dolce sguardo, e un riso:
Sia 'l ferro incontro al suo Rettor converso
Da lo stuol ribellante, e 'n se diviso:
Pera il campo, e ruini, e resti in tutto
Ogni vestigio suo con lui distrutto.

18

Non aspettar' già l' alme a Dio rubelle,
Che fosser queste voci al fin condotte:
Ma fuor volando a riveder le stelle
Già se n' uscian da la profonda notte;
Come sonanti, e torbide procelle,
Che vengan fuor de le natie lor grotte
Ad oscurar il ciel, a portar guerra
A i gran Regni del mare, e de la terra.

15

Absit; Ego testor manes, Erebumque potentem.
Nobis vivit adhuc in pectore pristina virtus,
Qua quondam instructi ferro, ceu turbine rapto,
Crispantes flammas coelestem invasimus arcem.
Disjecti, fateor, fuimus certamine saevo,
Defuit haud animi verum fiducia nobis.
Sors quibus arrisit, faustos retulere triumphos.
Sed nobis virtutis honos, et gloria mansit.

16

Sed frustra longo cur vos sermone retardo?
Ite meae vires, mea firma potentia, fidi
Consortes agite, eja agite, et superate superbos,
Illorum ante potentia quam se roboret ultra;
Ante Palestinae Regnum quam conflagret igne,
Crescentes gelidis flammas restinguite lymphis.
Omnis ad exitium vestra adsint Numina campi;
Nunc vires adhibete, dolos modo nectite turpes.

17

Sit vobis lex, sit fatum mea firma voluntas.
Errantes alii toto procul orbe vagentur;
Vitales auras aliis coede auferat ensis;
Torqueat et pubem vesani pectoris ardor
Delicias inter veneris, turpesque lepores;
Tristes increscant animis discordibus irae;
Misceat in castris civilia bella rebellis;
Omnino pereat campus, nec signa supersint.

18

Postremas nec dum voces Regnator Averni
Protulerat, tenebris cum fronte bicornia monstra
Aeternis addicta regis erumpere noctis
Visa foras aeternae, rursus et astra videre.
Agmine ceu facto exiliunt, atque aera obumbrant,
Non secus ac antris terrae, patriisque cavernis
Erumpunt ventis stridentes saepe procellae,
Et terras, coelumque movent, pelagumque fatigant.

19

Tosto spiegando in varj lati i vanni,
Si furon questi per lo mondo sparti;
E cominciaro a fabbricar inganni
Diversi, e novi, e ad usar lor arti.
Ma dì tu, Musa, come i primi danni
Mandassero a i Cristiani, e di quai parti;
Tu 'l sai) ma di tant' opra a noi sì lunge
Debil' aura di fama appena giunge.

20

Reggea Damasco, e le città vicine
Idraote famoso, e nobil mago;
Che fin da suoi prim' anni a l' indovine
Arti si diede, e ne fu ognor più vago.
Ma che giovar', se non potè del fine
Di quella incerta guerra esser presago?
Nè d'aspetto di stelle erranti, o fisse,
Nè risposta d' inferno il ver predisse?

21

Giudicò questi (ahi cieca umana mente,
Come i giudizj tuoi son vani, e torti!
Che a l' esercito invitto d' Occidente
Apparecchiasse il ciel ruine, e morti:
Però credendo, che l' Egizia gente
La palma de l' impresa al fin riporti,
Desia, che 'l popol suo ne la vittoria
Sia de l' acquisto a parte, e de la gloria.

22

Ma, perchè il valor Franco ha in grande stima,
Di sanguigna vittoria i danni teme;
E va pensando, con qual' arte in prima
Il poter de' Cristiani in parte sceme:
Sì che più agevolmente indi s' opprima
Da le sue genti, e da l' Egizie insieme.
In questo suo pensier il sovraggiunge
L' Angelo iniquo, e più l' instiga, e punge.

19

Protinus haec rapidis pulsarunt æthera pennis,
Et dicto ocyus impleveruut Numine terras.
Nec mora: Nunc versare dolos, nunc nectere fraudes
Diversas caepere, novasque, et artibus uti.
Pandite nunc Helicona Deae, quae prima tetendit
Improba damna manus Christi cultoribus, undeque;
Et meministis enim, Divae, et memorare potestis,
Ad nos vix tenuis famae perlabitur aura.

20

Insignis magica Rex Hydroas arte Damascum,
Finitimasque urbes tunc sub ditione tenebat.
Artibus hisce puer teneris edoctus ab annis
Arsit amore magis, quo crevit adultior aetas.
Illius at si divinare novissima belli
Non valuit, magicus cantus quid profuit illi?
Sidera fixa polo, sed nec quae incerta vagantur,
Vera nec ex antris Acheron responsa tulere.

21

Hesperiis turmis coelum portendere cladem
Est ratus, demens! et inevitabile fatum.
Quam procul in tenebris carpens sine lumine lucem
Mens hominum purae de limine lucis aberras?
At sperans tandem fore, ut arma, aciesque Canopi
Disjectis Gallis tota potiantur arena,
Exoptat sua sit Gens in consortia praedae,
Et laudes, nomenque sibi quoque comparet armis.

22

Sed quia non latet illum, quae sit Gallica virtus,
Lethalis merito trepidat discrimina Martis;
Idcirco quave arte, quibusve modis minuantur
Gallorum vires animoque, et corde volutat,
Unde enervatae gemino vincantur ab hoste,
Et lectus Phariis quoque praedas ipse reportet.
Ista volutanti Stygiis stetit Ales ab umbris,
Atque novis acuit, veniens praecordia flammis.

23

Esso il consiglia, e gli ministra i modi,
Onde l' impresa agevolar si puote.
Donna, cui di beltà le prime lodi
Concedea l' Oriente, è sua Nipote:
Gli accorgimenti, e le più occulte frodi,
Ch' usi o femmina, o maga, a lei son note.
Questa a se chiama, e seco i suoi consigli
Comparte, e vuol, che cura ella ne pigli.

24

Dice. O diletta mia, che sotto biondi
Capelli, e fra sì tenere sembianze
Canuto senno, e cor virile ascondi,
E già ne l' arti mie me stesso avanze:
Gran pensier volgo, e se tu lui secondi,
Seguiteran gli effetti a le speranze:
Tessi la tela, ch' io ti mostro ordita,
Di cauto vecchio esecutrice ardita.

25

Vanne al campo nemico: ivi s' impieghi
Ogn' arte femminil, ch' amore alletti:
Bagna di pianto, e fa melati i preghi:
Tronca, e confondi co' sospiri i detti:
Beltà dolente, e miserabil pieghi
Al tuo volere i più ostinati petti:
Vela il soverchio ardir con la vergogna,
E fa manto del vero a la menzogna.

26

Prendi (s' esser potrà) Goffredo a l' esca
De' dolci sguardi, e de' bei detti adorni,
Sì ch' a l' uom invaghito omai rincresca
L' incominciata guerra, e la distorni.
Se ciò non puoi, gli altri più grand' adesca,
Menagli in parte ond' alcun mai non torni.
Poi distingue i consigli; al fin le dice:
Per la Fe, per la patria il tutto lice.

23

Suggerit ille artes, fraudesque, modosque ministrat,
Commodius quo coepta queat complere scelesta.
Ipsi Neptis erat praestanti corpore forma,
Laudibus in primis Eoum celebrata per axem.
Noverat ipsa diu insidias, fraudesque latentes,
Quas adhibere solet maga trux, seu femina fallax.
Advocat hanc sibi, eique aperit quae corde volutat,
Consiliis faveat jubet ipsa, atque arte secundet.

24

Nata, meae vires, inquit, quae corde sagaci
Ingenium celas canum sub vertice flavo,
Mollibus in membris celas animumque virilem,
Et Memet merito jactas superare docentem.
Magna voluto: Equidem nostris si forte placebit
Consiliis, coeptisque favere tua arte magistra,
Orsa secunda fluant votis sperare licebit.
Te decet exorsam caute contexere telam.

25

Hostiea castra petas: Illic adhibere tibi fas
Femineas artes, quae flammis corda fatigent.
Tu lacrymis asperge preces, et melle querelas;
Dictaque singultante sonos suspiria frangant
Voce: Venustas quam durissima pectora flectit,
Tristis ubi miseranda gemit, poscitque salutem.
Magnanimos ausus aliquando obduce pudore;
Verba dolosa tege audens sub velamine veri.

26

Gothfredum, si forte vales, primum allice ad escas,
Sint in amore duces oculi, sint verba sagittae;
Forsitan incaepti taedebit ferre labores
Belli pectus amore furens, atque arma reponat;
Quod si non opis est id, sit tibi cura, laborque
Egregios captare Duces campi, et subducere furtim.
Denique fac noscas, quae prosunt, cuncta licere
Proque fide Patrum, Sacrisque Penatibus, inquit.

27

La bella Armida di sua forma altera,
E de' doni del sesso, e de l' etate,
L' impresa prende: e in su la prima sera
Parte, e tiene sol vie chiuse, e celate:
E 'n treccia, e 'n gonna femminile spera
Vincer popoli invitti, e schiere armate.
Ma son del suo partir tra 'l vulgo ad arte
Diverse voci poi diffuse, e sparte.

28

Dopo non molti dì vien la Donzella,
Dove spiegate i Franchi avean le tende.
A l' apparir de la beltà novella
Nasce un bisbiglio, e 'l guardo ognun v' intende:
Sì come là, dove Cometa, o Stella
Non più vista di giorno in ciel risplende:
E traggon tutti per veder, chi sia
Sì bella peregrina, e chi l' invia.

29

Argo non mai, non vide Cipro, o Delo
D' abito, o di beltà forme sì care;
D' auro ha la chioma; ed or dal bianco velo
Traluce involta, or discoperta appare;
Così qualor si rasserena il cielo,
Or da candida nube il Sol traspare,
Or da la nube uscendo i raggi intorno
Più chiari spiega, e ne raddoppia il giorno.

30

Fa nove crespe l' aura al crin disciolto,
Che natura per se rincrespa in onde;
Stassi l' avaro sguardo in se raccolto,
E i tesori d' Amore, e i suoi nasconde.
Dolce color di rose in quel bel volto
Fra l' avorio si sparge, e si confonde:
Ma ne la bocca, ond' esce aura amorosa,
Sola rosseggia, e semplice la rosa.

27

Praestanti pulcherrima forma in flore juventae
Turgida corda gerens Armida ob munera sexus
Suscipit exultans onus, et jam vespere facto
Carpit iter caecum pergens per opaca viarum.
Ipsa superba comis; circumdata cyclade longa.
Invictos populos, atque agmina vincere sperat.
Consulto interea varios sparsere per urbem
Rumores, tanti ut discessus causa lateret.

28

Post aliquot pervenit ad hostica castra puella,
Galli ubi complebant late loca milite pleno.
Ast ubi militibus fulsit tam rara venustas,
Confestim rauco strepit omnis murmure campus;
Non secus ac ubi coelo si nova stella coruscat
Irradiante die, seu fulgurat axe cometa.
Accurrunt omnes avidi cognoscere, quae sit
Advena tam praestans, aditusque agnoscere causas.

29

Non genuit Cyprus, non Argos, non vaga Delos
Ullam, quae fuerit forma praestantior illa.
Aureoli ludunt per lactea colla capilli,
Candida quos equidem fluitantia vela tegebant
Hinc modo frons formosa nitet detecta per auras,
Conditur inviso jam mox velamine tecta;
Sic ubi depulsis Phoebus, jam nubibus axe
Nunc nebula translucet vix, modo fulgurat ignes.

30

Aura comas fusas leviter sinuabat in orbes,
Quas rerum natura parens sinuaverat ortu:
Occupat ora pudor: Demissa haud lumina tollit,
Divitiasque suas, illasque cupidinis abdit.
Ora rubescebant roseo depicta colore,
Sed variabat ebur roseum, ceu candor in ostro
At roseo tantum sua labra colore nitebant,
Unde Venus, calidique erumpit fervor amoris.

31

Monstra il bel petto le sue nevi ignude,
Onde il foco d' amor si nutre, e desta:
Parte appar de le mamme acerbe, e crude;
Parte altrui ne ricopre invida vesta:
Invida, ma s' a gli occhi il varco chiude;
L' amoroso pensier già non arresta;
Che non ben pago di bellezza esterna,
Ne gli occulti secreti anco s' interna.

32

Come per acqua, o per cristallo intiero
Trapassa il raggio, e no 'l divide, o parte,
Per entro il chiuso manto osa il pensiero
Sì penetrar ne la vietata parte:
Ivi si spazia, ivi contempla il vero
Di tante meraviglie a parte a parte:
Poscia al desio le narra, e le descrive,
E ne fa le sue fiamme in lui più vive.

33

Lodata passa, e vagheggiata Armida
Fra le cupide turbe, e se n' avvede.
No 'l mostra già, benchè in suo cor ne rida,
E ne disegni alte vittorie, e prede.
Mentre sospesa alquanto alcuna guida,
Che la conduca al Capitan, richiede:
Eustazio accorse a lei, che del sovrano
Principe de le squadre era germano.

34

Come al lume farfalla, ei si rivolse
A lo splendor de la beltà divina:
E rimirar da presso i lumi volse,
Che dolcemente atto modesto inchina:
E ne trasse gran fiamma, e la raccolse,
Come da fuoco suole esca vicina:
E disse verso lei, ch' audace, e baldo
Il fea de gli anni, e de l' amore il caldo.

31

Erumpunt nudae niveo de pectore mammae,
Unde ortum capiunt, escasque cupidinis aestus;
Pars uberum apparet nullo velamine tecta,
Contegit invisum partem velamen acerbum; (a)
Invisum certe; ast oculis si iter obstruit illud,
Ardorem minime, studiumque retardat amoris;
Ægra venustatis mens haud contenta paratu
Externae, vetitos audet penetrare recessus.

32

Ac veluti radius crystallum transilit albam,
Transilit et latices puros, quin dividat illos,
Sic audet vetita effraenis penetralia adire
Mens intactam per chlamydem, quin dividat illam.
Mira videns grassatur ibi studiosa voluntas,
Suscitat ardentes ignes, flammasque voraces;
Mentis imagine deceptae decepta cupido
Immoderata furit, versatque per ossa furorem.

33

Ingentes Armida manus celebrata per omnes
Praeterit haud ignara vibret quas forma sagittas
Et quamquam vix corde potest compescere risum
Dissimulat tamen, et magnas hinc tollere praedas
Pectore designat, victrixque evadere campo.
Obvius haerenti leviter, quasi devia aberret,
Ultro Eustachius occurrit, seque obtulit illi
Ductorem magni Ducis ad tentoria fratris.

34

Tamquam papilio ad lucem se vertit ad illam
Divini jubaris nimio splendore coactus,
Et placuit prope lumina perlustrare venusta,
Quae virgo demissa solo tenet arte magistra.
Arsit amans heu! corripuitque in pectore flammas
Ut solet esca rogo flammas captare propinquas,
Et quoniam haud gravis aetas, atque libidinis aestus
Fecerat audentem, his dictis compellat amicam.

(a) Uberum acerborum.

35

Donna, se pur tal nome a te conviensi,
Che non somigli tu cosa terrena;
Nè v' è figlia d' Adamo: in cui dispensi
Cotanto il ciel di sua luce serena:
Che da te si ricerca? ed onde viensi?
Qual tua ventura, o nostra or quì ti mena?
Fa: che sappia chi sei, fa, ch' io non erri
Ne l' onorarti, e, s' è ragion, m' atterri.

36

Risponde: il tuo lodar troppo alto sale,
Nè tanto in suso il merto nostro arriva:
Cosa vedi, Signor, non pur mortale,
Ma già morta ai diletti, al duol sol viva.
Mia sciagura mi spinge in loco tale,
Vergine peregrina, e fuggitiva.
Ricorro al pio Goffredo, e in lui confido
Tal va di sua bontate intorno il grido.

37

Tu l' adito m' impetra al Capitano,
S' hai, come pare, alma cortese, e pia.
Ed egli: E' ben ragion, ch' a l' un germano
L' altro ti guidi, e intercessor ti sia.
Vergine bella, non ricorri in vano,
Non è vile appo lui la grazia mia.
Spender tutto potrai, come t' aggrada,
Ciò, che vaglia il suo scettro, o la mia spada.

38

Tace, e la guida ove tra i grandi Eroi
Allor dal vulgo il pio Buglion s' invola,
Essa inchinollo riverente, e poi
Vergognosetta non facea parola.
Ma quel rossor', ma quei timori suoi
Rassicura il Guerriero, e riconsola;
Sì che i pensati inganni al fine spiega
In suon, che di dolcezza i sensi lega.

35

O (quam te memorem) virgo, namque haud tibi vultus
Mortalis, nec vox hominem sonat, o Dea certe
Nulla etenim tot habet coeli sata sanguine Adami,
Munera, nec lucis tantae fulgore coruscat.
Quid tandem poscis? quibus aut accedis ab oris?
Huc te vel quae fata trahunt, fortunave nostra?
Quae sis fac doceas me, ne frauderis honore,
Et si fas est, fusus humi vestigia adorem.

36

Illa haec: haud equidem tali me dignor honore,
Et satis alta volant nostri praeconia vestra.
Quid legis in misera, cui nil nisi fata supersunt?
Deliciis extincta diu coelestibus auras
Vitales invisa traho. Nunc casibus acta,
Jamque ignara thori peregrinas quaerere terras
Cogor, et invicti Gothfredi poscere numen.
De pietate sua verum si fama reportat.

37

Posce mihi, oro, aditum Ducis ad tentoria summi,
Si tibi (ni fallor) mens est, animusque benignus.
Ille autem dixit: Fas est ut mente benigna
Ad fratrem te alter ducat, precibusque secundet
Vota tua, inclita Virgo. Frustra forsitan hospes
Haud veneris, officium nec inutile nostrum
Forsan erit penes illum, Quae placet omnia posce;
Nam tua sunt gladiusque meus, sunt sceptraque fratris.

38

Et reticens deducit ovans al castra puellam,
Restat ubi procul a turba circumdatus ostro
Gothfredus proceres inter moderamina tractans.
Illa humilis, supplexque silet suffusa pudore.
Arte verecundum solatur voce timorem
Gothfredus, fractosque animos, et pectora firmat.
Denique virgo dolos, meditataque damna resolvit
Pectore, voce ligans mira dulcedine sensus,

39

Principe invitto, disse, il cui gran nome
Sen vola adorno di sì chiari fregi,
Che l' esser da te vinte, e in guerra dome
Recansi a gloria le provincie, e i Regi:
Noto per tutto è il tuo valore, e come
Sin da i nemici avvien, che s' ami, e pregi,
Così anco i tuoi nemici affida, e invita
Di ricercarti, e d' impetrarne aita.

40

Ed io, che nacqui in sì diversa Fede,
Che tu abbassasti, ch' or d' opprimer tenti,
Per te spero acquistar la nobil sede,
E lo scettro regal de' miei parenti:
E s' altri aita a i suoi congiunti chiede
Contra il furor de le straniere genti;
Io, poi che 'n lor non ha pietà più loco,
Contra il mio sangue il ferro ostile invoco.

41

Te chiamo, ed in te spero, e in quell' altezza
Puoi tu sol pormi, onde sospinta io fui:
Nè la tua destra esser dee men avvezza
Di sollevar, che d' atterrare altrui:
Nè meno il vanto di pietà si prezza,
Che 'l trionfar de gl' inimici sui:
E s' hai potuto a molti il regno torre,
Fia gloria egual nel regno or me riporre.

42

Ma se la nostra Fe varia ti move
A disprezzar forse i miei preghi onesti:
La fe, ch' ho certa in tua pietà, mi giove:
Nè dritto par, ch' ella delusa resti.
Testimon è quel Dio, ch' a tutti è Giove,
Ch' altrui più giusta aita unqua non desti.
Ma perchè il tutto a pieno intenda, or odi
Le mie sventure insieme, e l' altrui frodi.

39

Maxime Dux, inquit; cujus celebrata per orbem
Fama sub astra volat tantis ornata triumphis,
Regibus ut vinci per Te, populisque domari
Sit decus, et tibi submittunt sua colla lubenter;
Haud ignota quidem late bellique, domique
Facta per ora volant; hinc si quoque laudibus illa
Extollunt hostes, hostes quoque numina votis
Devicti pariter poscunt, pariterque potentes.

40

Hinc ego, diversam quae sum sortita Deorum
Relligionem ortu, quam fractam tollere tentas,
Ense favente tuo sedes acquirere priscas
Confido sceptrumque patrum regale meorum.
Saepe solent miseri affines accire parentes
Contra alienos hostes, et reparare ruinas;
Ast ego, cui sunt haud ulla pietate propinqui,
Impellor contra genus hostica poscere tela.

41

Oro adsis: potes unus egentem tollere dextra
Me,in soliumque locare: mihi haec spes unica restat.
Illa manus solita elatas posternere gentes
Ediscat pariter miseros extollere coeno.
Et magis in pretio tibi sunt pietatis honores,
Quam proprios hostes armis prosternere victor.
Quod si tot solio potuisti expellere reges,
Gloria par tibi sit me in Sceptra reponere avita.

42

Sin diversa preces tua corda aspernere nostras
Relligio cogit forsan contraria ritu,
Prosit certa fides, in te quam sponte locavi,
Nec me sperantem fas est fiducia fallat.
Numina testor, quae toto dominantur in orbe,
Te numquam tribuisse juvamen justius ulli.
Interea haud pigeat nostros audire labores,
Atque dolos, fraudesque ab origine discere prima.

8

43

Figlia i' son d' Arbilan, che 'l regno tenne
Del bel Damasco, e in minor sorte nacque;
Ma la bella Cariclia in sposa ottenne,
Cui farlo erede del suo Imperio piacque.
Costei co 'l suo morir quasi prevenne
Il nascer mio, ch' in tempo estinta giacque,
Ch' io fuori uscia de l' alvo: e fu il fatale
Giorno, ch' a lei diè morte, a me natale.

44

Ma il primo lustro appena era varcato
Dal dì, ch' ella spogliossi il mortal velo,
Quando il mio Genitor, cedendo al fato,
Forse con lei si ricongiunse in Cielo:
Di me cura lassando, e de lo Stato
Al Fratel, ch' egli amò con tanto zelo,
Che se in petto mortal pietà risiede,
Esser certo dovea de la sua fede.

45

Preso dunque di me questi il governo,
Vago d' ogni mio ben si mostrò tanto,
Che d' incorrotta fe, d' amor paterno,
E d' immensa pietade ottenne il vanto:
O che 'l maligno suo pensiero interno
Celasse allor sotto contrario manto;
O che sincere avesse ancor le voglie,
Perch' al figliuol mi destinava in moglie.

46

Io crebbi, e crebbe il figlio, e mai nè stile
Di cavalier, nè nobil' arte apprese:
Nulla di pellegrino, o di gentile
Gli piacque mai, nè mai troppo alto intese:
Sotto deforme aspetto animo vile,
E in cor superbo avare voglie accese:
Ruvido in atti, ed in costumi è tale,
Ch' è sol ne' vizj a se medesimo eguale.

43

Me genuit sobolem Arbillanus in urbe Damasci,
Sceptra tenebat ubi, obscuro etsi sanguine cretus;
Namque sibi stabili illum pulchra Cariclia junxit
Connubio, placuitque haeredem scribere Regni.
Ipsa sua vix morte meum praecessit obortum,
Tempora namque obiit, quo limina lucis inibam
Lux eadem fuit illi meta novissima vitae,
Ac primus mihi vitales ingressus in auras.

44

At sol vix quinos coeli compleverat orbes,
Ex quo sustulerat mors immatura parentem
Almam, cum fato Genitor perculsus eodem.
Forsan ei rursus se se copulavit in astris.
Ille mei curam, Regnique reliquit habendam
Fratri, quem ante alios unum dilexerat omnes.
Quod si qua est, quae restat adhuc mortalibus aegris
Intemerata fides, erat haec servanda per aevum.

45

Patruus interea nactus curamque, vicesque
Non secus ac Genitor tanto dilexit amore
Me miseram, ut non immerito fidei intemeratae
Fama per immensas ageret praeconia laudes.
Seu tunc occultos sensus, animumque nefandum,
Instructosque dolos, fraudesque in corde foveret,
Seu forsan me tunc intacta mente fovebat,
Quippe thori sociam nato me elegerat olim.

46

Crevimus ambo simul: praeclara haud stirpe creatus
Ille videbatur, claro nec sanguine cretus.
Nil peregrini, nil morum, nil artis equestris
Acceptum fuit illi, nec nimis alta petebat.
Abjectam mentem sub foedo corpore fovit;
Æris iniqua fames vexabat corda superba.
Nil habet orbis ei par, nilque scelestius illo:
Unicus ipse sibi vitiis aequalis habetur.

47

Ora il mio buon custode ad uom sì degno
Unirmi in matrimonio in se prefisse,
E farlo del mio letto, e del mio regno
Consorte; e chiaro a me più volte il disse.
Usò la lingua, e l' arte, usò l' ingegno,
Perchè 'l bramato effetto indi seguisse:
Ma promessa da me non trasse mai;
Anzi ritrosa ognor tacqui, o negai.

48

Partissi al fin con un sembiante oscuro,
Onde l' empio suo cor chiaro trasparve.
E ben l' istoria del mio mal futuro
Leggergli scritta in fronte allor mi parve.
Quinci i notturni miei riposi furo
Turbati ognor da strani sogni, e larve:
Ed un fatale orror ne l' alma impresso,
M' era presagio de' miei danni espresso.

49

Spesso l' ombra materna a me s' offria,
Pallida immago, e dolorosa in atto.
Quanto diversa, oimè, da quel che pria
Visto altrove il suo volto avea ritratto!
Fuggi, figlia (dicea) morte sì ria,
Che ti sovrasta omai, partiti ratto:
Già veggio il tosco, e 'l ferro in tuo sol danno
Apparecchiar dal perfido Tiranno.

50

Ma che giovava (oimè) che del periglio
Vicino omai fosse presago il core;
S' irresoluta in ritrovar consiglio
La mia tenera età rendea il timore?
Prender fuggendo volontario esiglio,
E ignuda uscir del patrio regno fuore
Grave era sì, ch' io fea minore stima
Di chiuder gli occhi, ove gli apersi in prima.

47

Tali igitur, dignoque viro me jungere sponsam
Connubio stabili statuit protector honestus,
Et thalamo, regnoque meo sociare scelestum.
Saepe mihi mentemque suam patefecit apertam.
Callidus arte doli nil praetermisit inausum
Indigno nostrum ut nato impetraret amorem.
Nil valuere preces, namque ilice durior ipsa
Aut silui indignans, aut indignata recessi.

48

Discessit tandem vultu turbatus amaro
Custos, unde palam patuit scelerata voluntas;
Visaque tunc mihi in indignata fronte tueri
Scripta futurorum series immensa malorum.
Hinc mihi nocturnis turbataque somnia larvis,
Monstraque caeperunt plenam formidine mentem
Terrificis agitare modis, et frigidus horror
Ima per ossa volans instantia fata canebat.

49

Saepe quiescenti mihi pallida matris imago
Astabat maerens roseos effusa capillos,
Ora rigans lacrymis heu! quantum dispar ab illa,
Quam mihi monstrabat vivo depicta colore
Saepe tabella domi, et tales dabat ore loquelas:
Arripe, Nata, fugam, finemque impone labori.
Imminet extremum funus; fuge litus avarum;
In tua damna minax ferrum, virusque parantur.

50

Sed quid proderat heu! miserae novisse periclum,
Si quid consilii caperem, damnumque caverem
Nec mens, nec vires aderant? incerta ferebar
Huc, illuc agitata metu, tremefacta periclis.
Linquere sceptra patrum fugiens, sacrosque Penates,
Et mihi nuda pedes peregrinas quaerere terras,
Censebam gravius, quam funere ponere lucem,
Ante ubi tam invisae captaram exordia vitae.

51

Temea, lassa, la morte, e non avea
(Chi'l crederia?) poi di fuggirla ardire:
E scoprir la mia tema anco temea,
Per non affrettar l' ore al mio morire,
Così inquieta, e torbida traea
La vita in un continuvo martire:
Qual uom, che aspetti, che su 'l collo ignudo
Ad or ad or gli caggia il ferro crudo.

52

In tal mio stato, o fosse amica sorte,
O ch' a' peggio mi serbi il mio destino,
Un de' ministri de la Regia corte,
Che 'l Re mio Padre s' allevò bambino,
Mi scoperse, che 'l tempo a la mia morte
Dal Tiranno prescritto era vicino;
E ch' egli a quel crudel avea promesso
Di porgermi il velen quel giorno stesso.

53

E mi soggiunse poi, ch' a la mia vita
Sol fuggendo allungar poteva il corso;
E poi ch' altronde io non sperava aita,
Pronto offrì se medesimo al mio soccorso;
E confortando mi rendè sì ardita,
Che del timor non mi ritenne il morso,
Sì ch' io non disponessi a l' aer cieco,
La Patria, e 'l Zio fuggendo andarne seco.

54

Sorse la notte oltra l' usato oscura,
Che sotto l' ombre amiche nè coperse;
Onde con due donzelle uscii sicura,
Compagne elette a le fortune avverse.
Ma pure indietro e le mie patrie mura
Le luci io rivolgea di pianto asperse;
Nè de la vista del natio terreno
Potea partendo saziarle a pieno.

51

Infelix! Ego pallebam formidine mortis,
Nec mens aegra valebat atram vitare procellam;
Quin tristes etiam metuebam aperire timores,
Funeribus ne festinarem tristibus horam.
Talibus acta malis noctesque, diesque trahebam
Insomnes, expectans fata novissima vitae,
Non secus, aç qui jam redimitus tempora vittis
Quamprimum expectat, quae obtruncet colla, bipennem.

52

Tot, tantisque actam (quis scit num sorte benigna,
An fortuna gravis pejora ad fata reservet)
Me docuit quidam, nostraeque domesticus aulae,
Quem teneris Genitor secum nutriverat annis,
Jam jam tempus adesse mihi irremeabilis horae:
Nec dubio locus insuper ulli, namque daturum
Atra venena mihi se promisisse tyranno
Admonuit, fatis illamque diem esse supremam.

53

Addidit inde fuga tantum producere vitam
Posse meam; et quoniam spes haud erat ulla salutis,
Se comitem junxit fatis, pavidamque revexit.
Consilio stimulata novo, vexata periclo
Ex animo populi veterem generosa timorem,
Et patruum, patriamque simul, pariterque Penates
Linquere, Phoebus ubi primum se conderet umbris
Denique constitui, et vitam committere sorti.

54

Venerat interea solito nox atrior umbris
Obscuroque fugam penitus velamine texit;
Hinc egressa domo ancillis comitata duabus,
Quas comites legi mea tristia fata sequentes;
Sed patriae lacrymans terras, litusque relinquo,
Et fugiens oculos flectebam rore madentes
Ad dulces sedes, ad moenia saepe meorum,
Nec poteram satiare illorum lumina visu.

55

Fean l' istesso cammin l' occhio, e 'l pensiero,
E mal suo grado il piede innanzi giva;
Sì come nave, ch' improviso, e fiero
Turbine sciolglia da l' amata riva.
La notte andammo, e 'l dì seguente intero
Per lochi, ov' orma altrui non appariva,
Ci ricovrammo in un castello al fine,
Che siede del mio regno in su 'l confine.

56

È d' Aronte il castel (ch' Aronte fue
Quel, che mi trasse di periglio, e scorse)
Ma poiché me fuggito aver le sue
Mortali insidie il traditor s' accorse;
Acceso di furor contr' ambedue
Le sue colpe medesime in noi ritorse;
Ed ambo fece rei di quell' eccesso,
Che commettere in me volse egli stesso.

57

Disse, ch' Aronte i' avea con doni spinto
Fra sue vivande a mescolar veneno,
Per non aver, poi ch' egli fosse estinto,
Chi legge mi prescriva, o tenga a freno:
E ch' io seguendo un mio lascivo istinto,
Volea raccormi a mille amanti in seno.
Ahi, che fiamma dal cielo anzi in me scenda,
Santa onestà, ch' io le tue leggi offenda!

58

Ch' avara fame d' oro, e sete insieme
Del mio sangue innocente il crudo avesse,
Grave m' è sì; ma vie più il cor mi preme,
Che 'l mio candido onor macchiar volesse.
L' empio, che i popolari impeti teme,
Così le sue menzogne adorna, e tesse,
Che la città del ver dubbia, e sospesa
Sollevata non s' armi a mia difesa.

55

Meis, oculique simul gressu gradiuntur eodem,
Pesque repugnans ultra procedebat avare;
Non secus ac puppis, quae turbine fertur in altum
Funibus abruptis, portuque fugatur amico.
Nocte, dieque tenemus iter per opaca locorum
Per vepres, ubi cernuntur vestigia nulla.
Denique, remotam defessi intravimus arcem,
Quae imperii nostri extremis considit in oris.

56

Turris Arontis erat (nimirum illius Arontis
Qui me subduxit miseram a discrimine vitae,
Duxque, comesque fuit). Sed postquam proditor iras,
Insidiasque suas me devitasse rescensit,
Pectora contra ambos insano arsere furore,
Et caput in nostrum solers scelus omne retorsit,
Ejusdemque reos culpae, quam fecerat ipse,
Reddidit innocuos, propriumque retexit honorem.

57

Auro per Me dixit Aronta fuisse coactum
In sua damna epulas inter miscere venena,
Ne semet sublato e viris adforet ullus,
Qui mihi jussa dare, et motus compescere posset;
Unde furenti animo, nullo proibente, liceret
Castra nefanda sequi Veneris, ludosque cupidi.
At coelum Stygias adigat me fulmine ad umbras,
Ante pudor quam te violem, aut tua jura resolvam.

58

Me piget immitem, gaudentem caede, tyrannum,
Atque auri cupidum sceptra attentare, caputque;
Ast longe gravior pectus mihi cura remordet,
Quod ferus intacto nostro insidietur honori.
Artibus hisce dolos, nec non mendacia obumbrat,
Ne mea gens anceps, nostros miserata labores
Aspiciat res, laesumque ulciscatur honorem,
Et ferro scindat solium, pellatque tyrannum.

59

Nè perch'or sieda nel mio seggio, e'n fronte
Già gli risplenda la regal corona,
Pone alcun fine a' miei gran danni, a l'onte;
Sì la sua feritate oltra lo sprona;
Arder minaccia entro 'l castello Aronte,
S' di proprio voler non s'imprigiona.
E l a me (lassa) e insieme ai miei consorti
Guerra annunzia non pur, ma strazj, e morti.

60

Ciò dice egli di far; perchè dal volto
Così lavarsi la vergogna crede:
E ritornar nel grado, ond' io l'ho tolto,
L' onor del sangue, e de la regia sede.
Ma il timor n' è cagion, che non ritolto
Gli sia lo scettro, ond' io son vera erede!
Che sol, s' io caggio, por fermo sostegno
Con le ruine mie puote al suo regno.

61

E ben quel fine avrà l' empio desire,
Che già il Tiranno ha stabilito in mente:
E saran nel mio sangue estinte l' ire,
Che dal mio lagrimar non siano spente,
Se tu no 'l vieti: a te rifuggo, o Sire,
Io misera fanciulla, orba, innocente:
E questo pianto, ond' ho i tuoi piedi aspersi,
Vagliami sì, che 'l sangue io poi non versi.

62

Per questi piedi, onde i superbi, e gli empi
Calchi, per questa man; che 'l dritto aita;
Per l' alte tue vittorie, e per que' tempi
Sacri, cui desti, e cui dar cerchi aita;
Il mio desir, tu che puoi solo, adempi:
E in un col regno a me serbi la vita
La tua pietà: ma pietà nulla giove,
S' anco te il dritto, e la ragion non move.

59

Et quamquam imperii nostri dominetur in oris,
Aurea sceptra tenens, solioque potitus, et ostro,
Haud saevire tamen cessat, finemque labori
Ponere. Mens adeo sub pectore barbara vivit.
In turri innocuum igne cremare minatur Arontem;
Is nisi Sponte libens submittat colla catenis;
Meque minis, comitesque meas terrere superbis,
Atque parare neces nostris cervicibus audet.

60

Talia se jactat gesturum proditor ille,
Ut sua sub velamine honoris crimina obumbret,
Ostendatque simul solii se velle nitorem,
Excidit unde fuga, illaesum servare cruore.
Jamque illi solium, sceptrumque fuisset ademptum
Per gentem, populumque meum, ni terror adesset.
Donec ero sospes, nunquam securus abibit:
Funere firmabit nostro sua Regna cruentus.

61

Plenaque conspiciet demum sua vota tyrannus,
Et forsan quae corde petivit adesse propinquant,
Irarumque meo cessabunt sanguine fluctus,
Quas lacrymae tristes valuerunt flectere numquam.
Tu mala, Tu prohibere potes, Tu maxime Regum,
Orba puella dolens igitur tua Numina poscit.
O utinam lacrymae, quarum tua rore madescunt
Genua, sint satis inficiam ne sanguine terras.

62

Per plantas, oro, has solitas calcare superbos;
Per dextram hanc, aequo librat quae pondere lancem,
Perque tuas palmas, delubraque sacra per illa,
Pro queis tot casus passus tantosque labores,
Adsis, o placidusque juves pietate virili
Me miseram, servesque precor regnumque, caputque.
Nil prodest pietas, si durus (parce dolori)
Nec precibus parcas, sed nec ratione moveris.

63

Tu, cui concesse il Cielo, e dielti in fato
Voler il giusto, e poter ciò che vuoi;
A me salvar la vita, a te lo Stato
(Che tuo fia s' io 'l ricovro) acquistar puoi.
Fra numero sì grande a me sia dato
Diece condur de' tuoi più forti Eroi:
Ch' avendo i padri amici, e 'l popol fido,
Bastan questi a ripormi entro al mio nido.

64

Anzi un de' primi, alla cui fè commessa
E' la custodia di secreta porta,
Promette aprirla, e ne la regia stessa
Porci di notte tempo; e sol m' esorta,
Ch' io da te cerchi alcuna aita; e in essa,
Per picciola che sia, si riconforta
Più, che s' altronde avesse un grande stuolo;
Tanto l' insegne estima, e 'l nome solo.

65

Ciò detto tace; e la risposta attende
Con atto, che 'n silenzio ha voce, e preghi.
Goffredo il dubbio cor volve, e sospende
Fra pensier' varj, e non sa dove il pieghi.
Teme i barbari inganni; e ben comprende;
Che non è fede in uom, ch' a Dio la neghi.
Ma d' altra parte in lui pietoso affetto
Si desta, che non dorme in nobil petto.

66

Nè pur l' usata sua pietà natia
Vuol, che costei de la grazia degni;
Ma il move utile ancor: ch' util gli fia,
Che ne l' imperio di Damasco regni,
Chi da lui dipendendo apra la via;
Ed agevoli il corso ai suoi disegni,
E genti, ed arme gli ministri, ed oro
Contra gli Egizj, e chi sarà con loro.

63

Tu cui per superos, per fata datum colere aequum,
Et complere manu, exoptat quaecumque voluntas,
Per te stat miserae mihi charam ducere vitam,
Per te (quod tibi sponte libens ego defero) Regnum.
Delectis ex tot, quibus haec tua castra redundant
Decem posco viros, comites quos ducere mecum
Permittas : satis isti ; namque favente senatu,
Et populo in sedes patrias, soliumque redibo.

64

Adde quod occultus pateat mihi semper ad urbem
Accessus, cui namque *datus fuit* ille tuendus,
Pandere promittit nocturno tempore nobis ;
Cumque potens sit, promittit me sistere in aula,
Hortatur tantum pretio quocumque favorem,
Auxiliumque tuum quodcumque requirere supplex,
Quippe fovent animos melius vexilla tuorum,
Quam si mille aliunde venirent agmina pelthis.

65

His tacuit dictis, immotaque pendet ab ore,
Non secus, ac qui, dum silet ore, loquatur, et oret.
Gothfredus varias curas sub corde volutat :
Anxius hæret adhuc, necdum sententia surgit,
Insidiasque pavet Syrias, nec prorsus habendam
Esse fidem meminit, qui indocilis abnegat illam
Summo hominum, Superumque Deo; At miseratio pectus)
Nobile torquet agens, adigitque juvare relictam.

66

Nec pietas tantum jaculatur nobile pectus,
Prænduros miserae suadetque levare labores,
Sed proprium, generisque sui movet utile mentem
Quippe juvat nimium dominari in sede Damasci,
Quae meritis devincta sibi, sociataque pacis
Fœdere pandat iter, meditataque coepta secundet,
Et sibi suppetiasque, aurumque ministret, et arma,
Poscat ubi res, in Pharios, gentesque propinquas.

67

Mentre ei così dubbioso a terra volto
Lo sguardo tiene, e 'l pensier volve, e gira;
La donna in lui s' affisa, e dal suo volto
Intenta pende, e gli atti osserva, e mira:
E perchè tarda, oltr' al suo creder, molto
La risposta, ne teme, e ne sospira.
Quegli la chiesta grazia al fin negolle,
Ma diè risposta assai cortese, e molle.

68

Se in servigio di Dio, ch' a ciò n' elesse,
Non s' impiegasser qui le nostre spade,
Ben tua speme fondar potresti in esse,
E soccorso trovar, non che pietade:
Ma se queste sue gregge, e queste oppresse
Mura non torniam prima in libertade,
Giusto non è, con iscemar le genti,
Che di nostra vittoria il corso allenti.

69

Ben ti prometto, e tu per nobil pegno
Mia fe ne prendi, e vivi in lei sicura,
Che, se mai sottrarremo al giogo indegno
Queste sacre, ed al Ciel dilette mura,
Di ritornarti al tuo perduto regno,
Come pietà n' esorta, avrem poi cura.
Or mi sarebbe la pietà men pio,
S' anzi il suo dritto io non rendessi a Dio.

70

A quel parlar chinò la Donna, e fisse
Le luci a terra, e stette immota alquanto;
Poi sollevolle rugiadose, e disse,
Accompagnando i flebil atti al pianto:
Misera, ed a qual' altra il ciel prescrisse
Vita mai grave, ed immutabil tanto?
Che si cangia in altrui mente, e natura
Pria, che si cangi in me sorte sì dura?

67

Has volvens curas vario Dux fluctuat aestu,
Atque immota tenet, defixaque lumina terræ.
Virgo legit vultus, intentaque pendet ab ore;
Omnes collustrat motus, speculatur et actus;
Et quoniam nimis ultra spem responsa morantur
Multa gemens trepidat, tristique angore laborat.
Denique dictis, quæ virgo petebat, amicis
Ille negavit ei, placidusque haec reddidit ore.

68

Haec nisi tela forent ad honorem addicta Tonantis,
Qui nos puro ad opus tantum delegit amore,
Non dubiam certe posses spem ponere in illis,
Nec pietatem tantum, sed reperire salutem;
Gentibus at nisi, quae pretio sunt sanguinis emptae,
Mœnibus hisce sacris dissolvam ni ante catenas,
Agminibus nequeo nostris ego demere vires,
Nec cursum cœpti mihi fas retinere triumphi.

69

Quod si sacra jugo dederint subducere duro
Moenia Coelicolae, et compleri vota triumphis;
Nunc tibi promitto (fideique ut pignus amicum
Do dextram) rursus te in avita reponere sceptra,
Quae malefidus iniquo patruus abstulit astu,
Et tantos miseram te cogit adire labores.
Impia nunc pietas esset, si parcere votis
Ante tuis vellem, quam solvere jura Tonanti.

70

Pulchra puella caput dictis deflexit honeste;
Lumina fixit humo, leviterque immobilis hæsit;
Sustulit inde oculos lacrymarum rore madentes,
Fractaque, et illacrymans has reddidit ore loquelas.
Hei mihi! quid faciam? quæ me aspera fata manebunt?
Vel cui me exilio tristi fortuna reservat?
Ergo ne diversos mores prius induet orbis,
Quam mea sors eadem semper mutetur iniqua?

71

Nulla speme più resta: in van mi doglio:
Non han più forza in uman petto i prieghi:
Forse lice sperar, che 'l mio cordoglio,
Che te non mosse, il reo Tiranno pieghi?
Nè già te d' inclemenza accusar voglio,
Perchè 'l piccolo soccorso a me si nieghi:
Ma il cielo accuso, onde il mio mal discende,
Che 'n te pietate inesorabil rende.

72

Non tu, Signor, nè tua bontade è tale;
Ma 'l mio destino è, che mi nega aita:
Crudo destino, empio destin fatale,
Uccidi omai questa odiosa vita.
L' avermi priva, oimè, fu picciol male
De' dolci padri in loro età fiorita,
Se non mi vedi ancor del regno priva,
Qual vittima al coltello, andar cattiva.

73

Che poi che legge d' onestate, e zelo
Non vuol, che qui sì lungamente indugi,
A cui ricorro in tanto? ove mi celo?
O quai contra il Tiranno avrò rifugi?
Nessun loco rinchiuso è sotto il cielo,
Ch' a lor non s' apra; or perchè tanti indugi?
Veggio la morte, e se 'l fuggirla è vano,
Incontro a lei n' andrò con questa mano.

74

Qui tacque, e parve, ch' un regale sdegno,
E generoso l' accendesse in vista
E 'l piè volgendo, di partir fea segno,
Tutta negli atti, dispettosa, e trista.
Il pianto si spargea senza ritegno,
Com' ira suol produrlo a dolor mista:
E le nascenti lagrime a vederle
Erano a i rai del Sol cristalli, e perle.

71

Spes mihi nulla super ; mærore quid angor inani ?
Mortales animos jam haud verba precantia flectunt.
An sperare licet precibus me corda tyranni
Flexuram , cum non valeant tua corda benigna ?
Absit ut ausim crudelem te dicere , namque
Non cadit in mores feritas inamabilis istos ;
Astra inimica mihi incuso, in caput unde feruntur
Fulmina, quae reddunt pietatem in pectore sævam.

72

Haud tua vota , precesque meas, Rex optime, spernit
Insignis pietas , sed inexorabile fatum.
Heu fatum crudele nimis ! si immota reservas
In miseram decreta tua, hanc, precor, eripe vitam,
Eripe et hanc animam Stygiis quæ sordeat umbris.
Non satis ergo tibi nostros rapuisse parentes ,
Dum firmo validæ stabant in corpore vires ,
Ni regno viduata cadam quoque victima ferro ?

73

Interea hic inter mediam considere turmas
Jura verecundi prohibent me sacra pudoris.
Infelix ! quo pergam ? Vel quæ Numina poscam ?
Quæve remota caput tellus abscondet ab ira ?
Quæve sub axe latent loca præterclusa tyrannis ?
Quid moror , infelix ? Venit jam funeris hora ,
Quam nisi devitare queam , manus ista dolentem
Hanc animam membris stricto mucrone resolvet.

74

His tacuit dictis , flammis oculique micarunt
Tunc iramque simul , majestatemque ferentes.
Jamque pedem quatiens simulat discedere tristis
Indignata velut meritos haud ferret honores.
Interea lacrymæ undique volvebantur obortae ,
Quas rabies mærorque simul de corde ciebant.
Gutta per ora fluens Phœbo radiante videtur
Indica bacca tumens lymphis, vel roscidus humor.

75

Le guancie asperse di que' vivi umori,
Che giù cadean sin della veste al lembo,
Parean vermigli insieme, e bianchi fiori;
Se pur gl' irriga un rugiadoso nembo,
Quando su l' apparir de' primi albori
Spiegano a l' aure liete il chiuso grembo;
E l' Alba, che gli mira, e se n' appaga,
D' adornarsene il crin diventa vaga.

76

Ma il chiaro umor, che di sì spesse stille
Le belle gote, e 'l seno adorno rende,
Opra effetto di foco, il qual in mille
Petti serpe celato, e vi s' apprende.
O miracol d' Amor, che le faville
Tragge del pianto, e i cor ne l' acqua accende!
Sempre sovra natura egli ha possanza;
Ma in virtù di costei se stesso avanza.

77

Questo finto dolor da molti elice
Lagrime vere, e i cor più duri spetra:
Ciascun con lei s' affligge, e fra se dice;
Se mercè da Goffredo or non impetra,
Ben fu rabbiosa tigre a lui nutrice,
E 'l produsse in aspr' alpe orrida pietra;
O l' onda, che nel mar si frange, e spuma,
Crudel, che tal beltà turba, e consuma.

78

Ma il giovinetto Eustazio, in cui la face
Di pietade, e d' amore è più fervente,
Mentre bisbiglia ciascun altro, e tace,
Si tragge avanti, e parla audacemente:
O Germano, e Signor, troppo tenace
Del suo primo proposto è la tua mente,
S' al consenso comun, che brama, e priega,
Arrendevole alquanto or non si piega.

75

Purpureæque genæ madefactæ fletibus illis,
Qui stillantes exundabant vestis ad oras
Extremas, flores albos, roseosque colore
Repræsentabant; ubi roscidus irrigat imber
Mane novo, illorumque sinum levis aura recludit;
Interea surgens roseis aurora capillis
Indulgens genio redolentes colligit illos,
Ambrosiasque comas gaudet decorare corona.

76

Lucidus ast humor lacrymarum sæpe cadentum,
Quæ stillantes imbre genasque, sinumque replebant,
Excitat ardores, et cordibus admovet ignem;
Hic serpit venis, tacitusque per ossa cucurrit.
Nil tibi mirum, nilque novi, Cythereia proles!
Extrahis imbre favillas, imbreque pectora torres:
Ludit in humanis rebus tua summa potestas,
Crescit in immensum Armidæ suffulta labore.

77

Elicit e multis fictus dolor iste dolorem
Ex animo verum, et cogit lacrymare nolentes.
Quisque dolore dolet miseræ, secumque susurrat:
Ni Gothfredus opem præbet, quam postulat ista,
Illi equidem puero admoverunt ubera tigres,
Et genuit scopulis abruptis Caucasus horrens,
Seu mare conceptum spumantibus expuit undis,
Quem minime movet immitem tam rara venustas.

78

At puer Eustachius, cui fax pietatis adurit
Fervidius, Venerisque calor juvenilia corda,
Se profert medium, reliquisque silentibus ultro
Alloquitur fratrem sic voce ciente tumultum:
Maxime Dux, Fraterque nimis tu immobilis hæres,
Et plus æquo immota manet sententia menti,
Parcere ni cures votis, precibusque precantum,
Atque animo firmus communia vota refellis.

79

Non dico io già, che i Principi, ch' a cura
Si stanno qui de' popoli soggetti,
Torcano il piè da l' oppugnate mura,
E sian gli ufficj lor da lor negletti:
Ma fra noi, che guerrier siam di ventura,
Senza alcun proprio peso, e meno astretti
A le leggi degli altri, elegger diece
Difensori del giusto a te ben lece.

80

Ch' al servigio di Dio già non si toglie
L' uòm: ch' innocente vergine difende:
Ed assai care al ciel son quelle spoglie,
Che d' ucciso Tiranno altri gli appende.
Quando dunque a l' impresa or non m' invoglie
Quell' util certo, che da lei s' attende,
Mi ci move il dover, ch' a dar tenuto
E' l' ordin nostro a le donzelle ajuto.

81

Ah non sia ver, per Dio, che si ridica
In Francia, o dove in pregio è cortesia,
Che si fugga da noi rischio, o fatica
Per cagion così giusta, e così pia.
Io per me qui depongo elmo, e lorica:
Qui mi scingo la spada, e più non fia,
Ch' adopri indegnamente arme, o destriero,
O 'l nome usurpi mai di Cavaliero.

82

Così favella, e seco in chiaro suono
Tutto l' ordine suo concorde freme;
E chiamando il consiglio utile, e buono;
Co' preghi il Capitan circonda, e preme.
Cedo, (egli disse all' ora) e vinto sono
Al concorso di tanti uniti insieme:
Abbia, se parvi, il chiesto don costei
Da i vostri sì, non da i consigli miei.

79

Non ego delectos gentis, qui jura ministrant,
Quique sub obsessa gestant sua munera belli
Urbe, quidem moneo coeptis avertere rebus,
Nec proceres moneo linquant sua munera campi,
Sed Nos, qui tua sponte sumus vexilla sequuti,
Pactaque nulla tenent certo nos onere strictos,
Quis prohibet (Te permittente) excedere castris,
Et tantos miserae insontis relevare labores?

80

Nec cessat servire Deo bellator in armis,
Qui ferro insontem defendit ab hoste puellam;
Exuviaeque perempti justa caede tyranni
Et suspensae aris semper placuere Tonanti.
Et licet utilitas ad opus nos nulla moveret,
De qua (credere si fas) haud dubitare licebit,
Nos movet officium, urget amor, pietasque suadet,
Namque puellis est equitum deferre salutem.

81

Absit, ut in patria, foecunda sede virorum,
Aut ubi virtutis meritum, moresque coluntur,
Garrula fama serat nos effugisse pericla
Ob causas adeo justas, adeoque benignas.
Primus ego galeam capite, et thoraca lacertis
Hic abjicio; vanum latus exuet ensem;
Arma dehinc, nec equum capiam, quoad vita manebit,
Quin equitis nomen sacrum usurpare pudebit.

82

Talia voce refert, secumque susurrat aperto
Murmure tota cohors equitum, geminatque querelas;
Consiliumque probans concordi voce precatur
Insignem pietate virum, precibusque fatigat.
Cedo equidem, Gothfredus ait, quod vultis habete,
Nec tot ego, tantisque viris obsistere possum.
Ista puella viros habeat, quos poscit, at opto
Non mihi, sed vobis referat pro munere grates.

87

Usa ogn' arte la Donna, onde sia colto
Ne la sua rete alcun novello Amante;
Nè con tutti, nè sempre un stesso volto
Serba, ma cangia a tempo atti, e sembiante,
Or tien pudica il guardo in se raccolto;
Or lo rivolge cupido, e vagante
La sferza in quegli, il freno adopra in questi;
Come lor vede in amar lenti, o presti.

88

Se scorge alcun, che dal suo amor ritiri
L' alma, e i pensier per diffidenza affrene,
Gli apre un benigno riso, e in dolci giri
Volge le luci in lui liete, e serene;
E così i pigri, e timidi desiri
Sprona, ed affida la dubbiosa spene;
Ed infiammando l' amorose voglie,
Sgombra quel gel, che la paura accoglie.

89

Ad altri poi, ch' audace il segno varca,
Scorto da cieco, e temerario Duce,
De' cari detti, e de' begli occhi è parca,
E in lui timore, e riverenza induce,
Ma fra lo sdegno, onde la fronte è carca;
Pur anco un raggio di pietà riluce,
Sì ch' altri teme ben, ma non dispera;
E più s' invoglia, quanto appar più altera.

90

Stassi tal volta ella in disparte alquanto,
E 'l volto, e gli atti suoi compone, e finge
Quasi dogliosa; e in fin su gli occhi il pianto
Tragge sovente, e poi dentro il respinge;
E con quest' arti a lagrimar in tanto
Seco mill' alme semplicette astringe;
E in foco di pietà strali d' amore
Tempra, onde pera a sì fort' arme il core.

87

In varias meditans artes contendit amantes
Illaqueare novos vinclis edocta puella.
Omnibus haud eadem, nec servat semper eumdem
Aspectum, sed ubi res postulat, oraque, et actus
Mutat; enim cohibet modo lumina plena pudoris,
Prodiga nunc errantibus illis laxat habenas:
Ignavos stimulat, flammasque accendit amoris,
Audaces cohibet, frangitque cupidinis aestus.

88

Si quem forte videt, mentem qui retrahat aestu,
Desperans fructus promissi carpere amoris,
Ore benigno oculos ridentes flectit in illum,
Disjectamque fovet spem speque nova urit amantem.
Sic pigros, timidosque ardores nutrit, et urget,
Et firmat spem depulso de corde timore:
Vulnus alens venis comburit pectora flammis,
Et glaciem solvit timida formidine partam.

89

At quorum vesanus amor transcendere fines
Corda ciebat agens, oculos torquebat ab illis,
Dictaque melle sata illis indignata negabat,
Quasi pudicitiae laesissent jura modestae.
Attamen irato radius pietatis in ore
Saepe nitebat, uti piceo nitet aethere Phoebus;
Sicque timere dabat, non desperare roganti,
Et mage crescit amor, quo durior illa superbit.

90

Saepe manet memorans, nullo comitante, dolensque,
Gestaque componit, fulgetque modestia vultu:
Saepe trahit lacrymas ad lumina pene cadentes,
Dein illas intro propulsat, et arte repellit.
Interea hisce modis adigit lacrymare nolentes,
Et veros pro ficto flectu fundere fletus;
Sic pietatis in igne cupidinis extruit arma,
Quae tacitis urant fortissima pectora flammis.

91

Poi sì come ella a quei pensier s'invole,
E novella speranza in lei si deste,
Ver gli amanti il piè drizza, e le parole
E di gioja la fronte adorna, e veste;
E lampeggiar fa, quasi un doppio Sole,
Il chiaro sguardo, e'l bel riso celeste
Su le nebbie del duolo oscure, e folte,
Ch' avea lor prima intorno al petto accolte.

92

Ma mentre dolce parla, e dolce ride,
E di doppia dolcezza inebria i sensi,
Quasi dal petto lor l' alma divide,
Non prima usata a quei diletti immensi.
Ahi crudo Amor, ch' egualmente n' ancide
L' assenzio, e 'l mel, che tu fra noi dispensi;
E d' ogni tempo egualmente mortali
Vengon da te le medicine, e i mali.

93

Fra sì contrarie tempre in ghiaccio, e in foco,
In riso, e in pianto, e fra paura, e spene
In forza ogni suo stato, e di lor gioco
L' ingannatrice Donna a prender viene.
E s' alcun mai con suon tremante, e fioco
Osa parlando d' accennar sue pene,
Finge quasi in amor rozza, e inesperta,
Non veder l' alma ne' suoi detti aperta.

94

O pur le luci vergognose, e chine
Tenendo, d' onestà s' orna, e colora;
Sì che viene a celar le fresche brine
Sotto le rose, onde il bel viso infiora.
Qual ne l' ore più fresche, e mattutine
Del primo nascer suo veggiam l' aurora;
E 'l rossor de lo sdegno insieme n' esce
Con la vergogna; e si confonde, e mesce.

91
Dein curas animo tamquam deponeret acres,
Ac nova spes dejecta in corda repente subiret;
Illa pedes effert dulcisque affatur amantes,
Et laetos hilarant subito nova gaudia vultus;
Tum tamquam geminus sol pulchra in fronte coruscant
Ridentes oculi, depulsa nube doloris,
Quam circumfusam, atque atra caligine densam
Artibus illa, dolisque suis collegerat ante.

92
Dum rident vero, dum dulces ora loquelas
Emittunt, geminaque replent dulcedine sensus;
Spiritus exhilarans illis fere prosilit extra,
Invadit quorum mentes insueta voluptas.
Ah nimium crudelis Amor! Seu munera mellis,
Absinthi pariter perimis seu gramina praebes.
Quaecumque ex te deveniunt lethalia semper,
Pharmaca seu sint, tristia seu sint taedia vitae.

93
Alternans, variansque vices ignisque, nivisque;
Nunc miscens lacrymas, nunc risu corda remulcens
Inter inanem, et blandam spem, trepidumque timorem
Insidiosa puella suos ludebat amantes.
Si quis erat, qui forte suos aperire labores
Auderet trepidans submissa voce, puella
Nil experta perinde foret, sive inscia amoris
Verborum simulabat se haud agnoscere sensus;

94
Sive verecundo vultum suffusa rubore
Defigebat honesta statim sua lumina terrae;
Tumque rosis sub purpureis celasse pruinas
Candentes illam caute, gelidasque putares.
Non secus ac primo renovatam mane videmus
Auroram extremo nobis oriente renasci.
Ira lacessito simul intermixta pudori
In niveum erumpit vultum, geminatque ruborem;

95

Ma se prima ne gli atti ella s' accorge
D' uom, che tenti scoprir l' accese voglie;
Or gli s' invola, e fugge, ed or gli porge
Modo onde parli, e in un tempo il ritoglie;
Così il dì tutto in vano error lo scorge;
Stanco, e deluso poi di speme il toglie;
E si riman, qual cacciator, ch' a sera
Perda al fin l' orme di seguita fera,

96

Queste fur l' arti, onde mill' alme, e mille
Prender furtivamente ella poteo,
Anzi pur furon l' arme, onde rapille,
Ed a forza d' Amor serve le feo.
Qual meraviglia or fia, se 'l fiero Achille
D' amor fu preda, ed Ercole, e Teseo,
S' ancor chi per Gesù la spada cinge,
L' empio ne' lacci suoi talora stringe?

Fine del Canto Quarto.

95

Sinvero audacem gestis advertit amantem,
Pandere qui studeat lascivi pectoris ignes,
Subtrahit illa pedes modo, sed modo porrigit illi
Arte modum, quo verba ferat, pariterque refellit.
Sicque manente die nequicquam corda fatigat,
Fessaque postremo, ac vana spe illusa remittit.
Irrisi redeunt illi, ut venator ad umbras
Commissum latebris tandem qui perdidit aprum.

96

Artibus hisce trahit furtim insidiosa puella
Innumeros heroas, qui domuere tyrannos.
Arma fuere doli, quibus ipsa subegit amantes,
Captivosque dedit Veneris de sanguine Nato.
Quid mirum si Alcides, quid si immitis Achilles,
Quid si Theseus exarsere cupidinis igne,
Cum pariter vinclis annectet saepe scelestus,
Qui ferro instructi pugnant pro nomine Christi?

CANTO

QUINTO.

ARGOMENTO.

Sdegna Gernando, che Rinaldo aspira
Al grado, ov' egli esser assunto agogna;
Perciò ministro a se del suo morire
Lui, che l' uccide poi, forte rampogna.
Va l' uccisor in bando, nè patire
Vuol, che catena, o ceppi altri gli pogna;
Parte Armida contenta; ma col mare
Vengono al gran Buglion novelle amare.

1

Mentre in tal guisa i Cavalieri alletta
Nè l' amor suo l' insidiosa Armida,
Ne solo i diece a lei promessi aspetta
Ma di furto menarne altri confida;
Volge tra se Goffredo, a cui commetta
La dubbia impresa, ov' ella esser dee guida:
Che de gli avventurier la copia, e 'l merto
E 'l desir di ciascuno il fanno incerto.

2

Ma con provvido avviso al fin dispone,
Ch' essi un di loro scelgano a sua voglia,
Che succeda al magnanimo Dudone,
E quella elezion sopra se toglia.
Così non avverrà, ch' ei dia cagione
Ad alcun d' essi, che di lui si doglia;
E insieme mostrerà d' aver nel pregio,
In cui deve a ragion, lo stuolo egregio.

LIBER

QUINTUS

ARGUMENTUM.

Gernandus sedemque, locumque subire Dudonis
Exoptat. Male fert sibi quod Rinaldus honorem
Contendat: Puerum petulanti voce momordit:
Indignans, nec probra ferens ulciscitur ille:
Discedit campo juvenis, nam vincla recusat;
Discedit pariter castris, secumque reportat
Per sortes Armida Duces bis quinque retractos.
Ast illam plerique sequuntur noctis ad umbras.

1

Dum proceres campi allicit insidiosa puella
Innumerosque suis telis jaculatur amantes,
Nec decem contenta satis subducere furtim
Deceptos alios pariter confidit amore,
Tam dubium Gothfredus opus cui credere possit
Pectore volvit, ubi dux tanti femina facti;
Copia namque ducum, meritumque, et vota suorum
Incertum reddunt, nec scit quis finis habendus.

2

Consiliumque capit postremo mente sagaci,
Ut proceres sibi, quem vellent praeesse, studerent
Deligere, et functi partes implere Dudonis,
Suscipiatque onus ipse duces bis quinque legendi,
Armidam quos ducere cura, laborque maneret,
Ne quis inelectus de se depromere questus
Possit, et insignem tali ratione doceret,
Quod Legionem, ut fas est, prosequeretur honore:

3

A se dunque gli chiamo, e lor favello:
Stata è da voi la mia sentenza udita,
Ch' era, non di negare a la Donzella,
Ma di darle in stagion matura aita.
Di novo or la propongo, e ben puote ella
Esser dal parer vostro anco seguita:
Che nel mondo mutabile, e leggiero
Costanza è spesso il variar pensiero.

4

Ma se stimate ancor, che mal convegna
Al vostro grado il rifiutar periglio;
E se pur generoso ardire sdegna
Quel che troppo gli par cauto consiglio:
Non fia, ch' involontarj io vi ritegna,
Nè quel, che già vi diedi, or mi ripiglio;
Ma sia con esso voi, com' esser deve,
Il fren del nostro imperio lento, e lieve.

5

Dunque lo starne, o 'l girne i' son contento,
Che dal vostro piacer libero penda:
Ben vuò, che pria facciate al Duce spento
Successor novo, e di voi cura ei prenda;
E tra voi scelga i diece a suo talento,
Non già di diece il numero trascenda;
Ch' in questo il sommo imperio a me riservo;
Non fia l' arbitrio suo per altro servo.

6

Così dice Goffredo, e 'l suo germano,
Consentendo ciascun, risposta diede:
Siccome a te conviensi, o Capitano,
Questa lenta virtù, che lunge vede;
Così il vigor del core, e de la mano,
Quasi debito a noi, da noi si chiede.
E saria la matura tarditate,
Ch' in altri è providenza, in noi viltate.

3

Advocat idcirco illos, dehinc talia fatur:
Vos proceres, mea quae fuerit sententia, nostris
Haud mihi mens erat expectata negare puellae
Auxilia; ast opportuno dare tempore dextram:
Nunc placet in medium sermonem afferre vetustum,
Vos siquidem modo, si placet, assentire potestis,
Res etenim assidue toto variantur in orbe;
Hinc variare animum constantia saepe videtur.

4

Quod si vos proprio generi censetis acerbum
Quando opus est, licet alta nimis recusare pericla,
Consiliumque nimis cautum generosa refellit,
In vobis quae tendit semper ad ardua, virtus,
Absit, ut invitos studeam retinere, nec ausim
Consilium revocare, datumque resumere donum,
Nostra sed in vos imperii sit amaena potestas,
Lentaque sint nostra, ut fas est, moderamina rerum.

5

Libera sit vobis ire, aut remanere potestas,
Quaeque placet vobis patiemur corde libenti;
Ante tamen fiat jubeo successor amico,
Qui curam vestri prius aggrediatur, et inde
Quos placet e vobis decem sibi seligat ipse;
Sed veto, ne decem numerus transcendat eorum:
Integra sit solummodo in hoc mihi summa potestas,
Nec quisquam sibi re super hac quid vindicet ultro.

6

Dixerat, et Frater toto indulgente Senatu
Gothfredo expectanti haec mox responsa remisit:
Ductor summe, tuum sicut est impensius aequum
Consulere, atque omnes metuentem expendere casus,
Nos ita, nos decet esse virili pectore, et armis,
Indignumque, nefasque foret vitare pericla;
Quaeque foret forsan moderanti provida virtus,
Illa foret labes, generisque opprobria nostris.

7

E poi che 'l rischio è di sì lieve danno
Posto in lance col pro, che 'l contrappesa,
Te permettente, i diece eletti andranno
Con la donzella a l' onorata impresa.
Così conclude; e con sì adorno inganno
Cerca di ricoprir la mente accesa
Sotto altro zelo; e gli altri anco d' onore
Fingon desio, quel ch' è desio d' amore.

8

Ma il più giovin Buglione, il qual rimira
Con geloso occhio il figlio di Sofia,
La cui virtute invidiando ammira,
Che 'n sì bel corpo più cara venia;
No 'l vorrebbe compagno, e al cor gl' inspira
Cauti pensier l' astuta gelosia;
Onde tratto il rivale a se in disparte,
Ragiona a lui con lusinghevol arte.

9

O di gran genitor maggior figliuolo,
Che 'l sommo pregio in arme hai giovanetto;
Or chi sarà del valoroso stuolo,
Di cui parte noi siamo, in Duce eletto?
Io, ch' a Dudon famoso appena, e solo
Per l' onor de l' età vivea soggetto,
Io, fratel di Goffredo, a chi più deggio
Cedere omai, se tu non sei, no 'l veggio.

10

Te, la cui nobiltà tutt' altre agguaglia,
Gloria, e merito d' opre a me prepone;
Nè sdegnerebbe in pregio di battaglia
Minor chiamarsi anco il maggior Buglione:
Te dunque in Duce bramo, ove non caglia
A te di questa Sira esser campione;
Nè già cred' io, che quell' onor tu curi,
Che da' fatti verrà notturni, e scuri.

7

Sed quoniam tenuis damni discrimen habetur,
Utilitati ingenti si libramine justo
Confertur, cum illustri, Te patiente, puella
Egregium ad facinus bis quinque libentius ibunt.
Talibus insidiis instructis arte dolosa
Velat in ardenti conceptas pectore flammas;
Non secus ac alii, qui sub velamine honoris
Contendunt vastos celare cupidinis aestus.

8

Progeniem vero comitem secum ire Sophiae
Gothfredi germanus mente ferebat iniqua,
Quippe videns quam pulchra in corpore forma coruscet
Quam rutilet generosa ardenti in pectore virtus
Imberbi juveni, admirans livore laborat;
Ergo illum comitem secum formidat habere.
Illico caecus amor documenta dolosa ministrat;
Sevocat ergo illum, dictisque affatur amicis.

9

O genus heroum, magno majorque Parente,
Cui par nullus in armis jam juvenilibus annis!
Quis clypeatum hoc agmen, et insuperabile bello,
Cujus membra sumus, posthac in praelia ducet?
Ipse ego Dudonis qui vix mandata sequebar
Illustris, tantum ob meritos aetatis honores;
Ipse ego Gothfredi frater cui cedere palmam
Non video, Te excepto; ulli nec jussus abibo.

10

Te dignum meritis, Te clara stirpe creatum,
Te rerum tantarum unum mihi gloria praefert;
Haud equidem tecum major contendere bello
Ipse recusaret Dux, nec parere puderet,
Ergo Ducem legionis Ego Te voce reposco,
Dummodo praeclarae heros abnuis esse puellae;
Illius et generis puto te contemnere honores,
Quos pariet densis nox circumfusa tenebris.

11

Nè mancherà qui loco, ove s' impieghi
Con più lucida fama il tuo valore.
Or' io procurerò, se tu no 'l nieghi,
Ch' a te concedan gli altri il sommo onore.
Ma perchè non so ben, dove si pieghi
L' irresoluto mio dubbioso core,
Impetro or' io da te, ch' a voglia mia,
O segua poscia Armida, o teco stia.

12

Qui tacque Eustazio, e questi estremi accenti
Non proferì senza arrossirsi in viso:
E i mal celati suoi pensieri ardenti
L' altro ben vide, e mosse ad un sorriso.
Ma perch' a lui colpi d' amor più lenti
Non hanno il petto oltra la scorza inciso,
Nè molto impaziente è di rivale,
Nè la Donzella di seguir gli cale.

13

Ben altamente ha nel pensier tenace
L' acerba morte di Dudon scolpita;
E si reca a disnor, ch' Argante audace
Gli soprastia lunga stagione in vita;
E parte di sentire anco gli piace
Quel parlar, ch' al dovuto onor l' invita:
E 'l giovanetto cor s' appaga; e gode
Del dolce suon de la verace lode.

14

Onde così rispose: I gradi primi
Più meritar, che conseguir desio;
Nè, pur che me la mia virtù sublimi,
Di scettri altezza invidiar degg' io.
Ma s' a l' onor mi chiami, e che lo stimi
Debito a me, non ci verrò restio:
E caro esser mi dee, che sia dimostro
Sì bel segno da voi del valor nostro.

11

Hic quoque non deerit locus in certamine Martis,
Nomen ubi pariet tibi clarius inclita virtus.
Interea summum Tibi det (ni forte recusas)
Caetera turba decus affagrans me cura tenebit.
Sed quoniam hac incerta tenus mea corde voluntas
Fertur, an Armidae studeam, et sua coepta secundem;
An potius maneam tecum, nec castra relinquam,
Libera re super hac nobis detur, oro, potestas.

12

Haec ubi dicta dedit postrema, Eustachius ora
Erubuit, vocemque premens dolor ossa repressit.
Ille latentes haud bene tectos pectoris aestus
Illico cognovit bene, subrisitque labellis;
Sed quia vix juvenis tetigere cupidinis arcus
Pectora, sed tela in praeceps hebetata ruerunt,
Is quid amor, quid hymen, Veneris quoque munera (spernit,)
Et non curat amore vacans comes ire puellae.

13

Corde volutabat; manet alta mente repostum
Lamentabile funus, acerbaque fata Dudonis;
Immo putat se se maculatum labe pudenda,
Donec inultus eat, sceleris nec sanguine poenas
Solvat promeritas audax, et perfidus Argas.
Verba placent laudis, juvenilia corda fatigant
Summus honos, laudumque sonus, nomenque perenne,
Sed magis ulcisci patriam, caesumque Dudonem.

14

Ergo Rinaldus ad haec breviter: magis opto merere,
Quam arte parare gradus primos, et sceptra tenere;
Dummodo me praestans extollat ad aethera virtus,
Sum contentus ea, et gemmantia sceptra recuso;
At si me forsan tali dignaris honore,
Quippe putas equidem me promeruisse, libenter
Suscipiam, gratosque tibi persolvere dignas
Me decet, arridetque tuis me parcere votis.

15

Dunque io no 'l chiedo, e no 'l rifiuto: e quando
Duce io pur sia, sarai tu de gli eletti,
All' ora il lascia Eustazio, e va piegando
De' suoi compagni al suo voler gli affetti.
Ma chiede a prova il Principe Gernando
Quel grado, e bench' Armida in lui saetti,
Men può nel cor superbo amor di donna,
Ch' avidità d' onor, che se n' indonna.

16

Occeso Gernando è da' gran Re Norvegi,
Che di molte provincie ebber l' impero;
E le tante corone, e scettri regi
E del padre, e degli avi il fanno altero.
Altero è l' altro de suoi proprj pregi
Più, che de l' opre, che i passati fero;
Ancor che gli avi suoi cento, e più lustri
Stati sian chiari in pace, e 'n guerra illustri.

17

Ma il barbaro Signor, che sol misura
Quanto l' oro, e 'l dominio oltre si stenda,
E per se stima ogni virtute oscura,
Cui titolo regal chiara non renda;
Non può soffrir, che 'n ciò, ch' egli procura,
Seco di merto il Cavalier contenda;
E se ne cruccia sì, ch' oltra ogni segno
Di ragione il trasporta ira, e disdegno.

18

Tal che 'l maligno spirito d' Averno,
Ch' in lui strada sì larga aprir si vede,
Tacito in sen gli serpe, ed al governo
De' suoi pensieri lusingando siede.
E qui più sempre l' ira, e l' odio interno
Inacerbisce, e 'l cor stimola, e fiede;
E fa, che 'n mezzo a l' alma ogn' or risuoni
Una voce, ch' a lui così ragioni.

15

Tangit honor animum at neque post illo, sed aeque sperno
Quod si forte mihi legionis dentur habenae,
Unum ex delectis promitto te esse futurum:
Tumque Eustachius excitat ad sua vota sodales;
Interea Gernandus eumdem exposcit honorem,
Et quamquam pectus telis jaculetur acutis
Vafra Armida viri tumidum, tamen ardor honoris
Praevalet immitis, frangitque cupidinis arcus.

16

Gernandus proavos numerat de sanguine cretos
Norvegae Regum, illis qui dominantur in oris.
Regia sceptra patris, diademaque nobile avorum
Turgida corda inflant fastu, redduntque superbum.
Non minus altus erat propria virtute Rinaldus,
Plus quam famosis patrum, veterumque tabellis.
Coetera nominibus generosus et ipse parentum
Jactabat multos bellique, domique potentes.

17

Barbarus at dominus, cui nil nisi sceptra, metallaque
In pretio sunt, cui sordet quaecumque coruscans
Virtus, regali proavum nisi fulgeat ostro,
Ægra mente sibi fert, quod contendere honorem,
Atque parem meritis ausit concurrere secum
Imberbis, privatus eques, cui tempora cingit
Nulla corona nitens regum, veterumque parentum.
His super accensus furiis agitatus acerbis.

18

Irruit interea Genius tenebrosus Averni,
Cui tam lata patet diras ad janua rixas,
Insidetque animo, furiasque inspirat Erynnis,
Exacuitque suo flammantia corda veneno.
Vulnus alit tacitum venis noctuque, diuque,
Irarumque aestus stimulis agitabat amaris.
Ima videtur ei medio de pectore tolli
Vox, quae talibus intus persomet ore loquelis.

19

Teco giostra Rinaldo: or tanto vale
Quel suo numero van d' antichi Eroi?
Narri costui, ch' a te vuol farsi uguale,
Le genti serve, e i tributarj suoi:
Monstri gli scettri, e in dignità regale
Paragoni i suoi morti a i vivi tuoi,
Ah quanto osa un Signor d' indegno stato,
Signor, che ne la serva Italia è nato!

20

Vinca egli, o perda omai, fu vincitore
Sin da quel dì, ch' emulo tuo divenne.
Che dirà il mondo (e ciò fia sommo onore)
Questi già con Gernando in gara venne:
Poteva a te recar gloria, e splendore
Il nobil grado, che Dudon pria tenne:
Ma già non meno esso da te n' attese:
Costui scemò il suo pregio, allor che 'l chiese.

21

E se, poi ch' altri più non parla, o spira,
De' nostri affari alcuna cosa sente:
Come credi, che 'n ciel di nobil ira
Il buon vecchio Dudon si mostri ardente,
Mentre in questo superbo i lumi gira,
Ed al suo temerario ardir pon mente;
Che seco ancor, l' età sprezzando, e 'l merto,
Fanciullo osa agguagliarsi, ed inesperto?

22

E l' osa pure, e 'l tenta, e ne riporta
In vece di castigo onore, e laude:
E v' è chi ne 'l consiglia, e ne l' esorta,
(O vergogna comune!) e chi gli applaude.
Ma se Goffredo il vede, e gli comporta,
Che di ciò, ch' a te dessi, egli ti fraude,
No 'l soffrir tu: nè già soffrir lo dei,
Ma ciò, che puoi, dimostra, e ciò, che sei.

19

Gernando aemulus ergo Rinaldus? Tam valet ergo
Vana sui generis series, et origo virorum?
Qui tibi se putat esse parem, populosve, vel urbes
Servitio pressas enarret, sceptraque prodat;
Comparet extinctosve suo de stemmate vivis,
Qui de stirpe tua nunc tot dominantur in oris;
Ergo ducis miseri, Hesperiae tam saepe subactae
Parvus ager cui, tanta subest audacia menti?

20

Seu vincat, seu non semper vicisse putandum est;
Ex hora, qua ille est ausus contendere tecum.
Fama per ora seret toto telluris in orbe:
Cum Gernando olim contendit honore Rinaldus?
O pudor! Ille gradus poterat tibi gignere laudem,
Nec minus expectare sibi gradus ille vicissim
Ex Te jam poterat decus; ast ubi quaerere tantum
Non timuit petulans, pretium deperdidit ille.

21

Si quid Coelicolas hominum mortalia tangunt,
Si qua silentes terrarum umbras cura fatigat,
Sidereo quam tristem credis ab axe Dudonem
Pectore succensum certe exardescere in iras,
Torquet in hunc oculos ubi coelis ille superbum,
Et quatiens illustre caput tantum aspicit ausum?
Infandum! Puer audet se se aequare Dudoni,
Nec pudet imberbem meritum contemnere, et aevum?

22

Quin temerarius imo omnes audetque, studetque
Impune explorare vias, laudesque reportat,
Quodque magis piget, ah pudor! est qui vota ministrat,
Consulit, exacuitque, favetque laboribus ausa.
Quod si nil curans Rector patiatur honore
Te fraudari, et pro meritis tibi dona recuset,
Ne patiare, pati neque debes, Tu ipse doceto
Qui genus, unde domo, ferro quid dextera possit.

23

Al suon di queste voci arde lo sdegno,
E cresce in lui, quasi commossa face:
Nè capendo nel cor gonfiato, e pregno
Per gli occhi n' esce, e per la lingua audace
Ciò, che di riprensibile, e d' indegno
Crede in Rinaldo, a suo disnor non tace;
Superbo, e vano il finge, e 'l suo valore
Chiama temerità pazza, e furore.

24

E quanto di magnanimo, e d' altero,
E d' eccelso, e d' illustre in lui risplende,
Tutto (adombrando con mal' arte il vero)
Pur, come vizio sia, biasma, e riprende:
E ne ragiona sì, che 'l cavaliero
Emulo suo pubblico il suon n' intende.
Non però sfoga l' ira, o si raffrena
Quel cieco impeto in lui, ch' a morte il mena.

25

Che 'l reo Demon, che la sua lingua move
Di spirto in vece, e forma ogni suo detto,
Fa che gl' ingiusti oltraggi ogn' or rinnove,
Esca aggiungendo a l' infiammato petto.
Loco è nel campo assai capace, dove
S' aduna sempre un bel drappello eletto;
E quivi insieme in torneamenti, e in lotte
Rendon le membra vigorose, e dotte.

26

Or qui, allor che v' è turba più folta,
Pur, com' è suo destin, Rinaldo accusa;
E quasi acuto strale in lui rivolta
La lingua del venen d' Averno infusa.
E vicino è Rinaldo, e i detti ascolta,
Nè puote l' ira omai tener più chiusa:
Ma grida: menti; e addosso a lui si spinge,
E nudo ne la destra il ferro stringe.

23

Vocibus hisce imis, vetus aestuat ira, novasque
Jam recipit vires, ut rapto in fomite flamma.
Impar pectus erat tantum cohibere furorem
Exilit ex oculis convicia voce ferente:
Si quid in invicto sceleris putat esse Rinaldo,
In labem, maculamque studet proferre sub auras;
Nomine saepe notat juvenem, appellatque superbum;
Virtutemque animi caecum canit esse furorem.

24

Quidquid magnanimi, clarique relucet in illo,
Quidquid conspicui, egregiique in nomen ituri,
(Gutture vaniloquo vera insidiosus obumbrans)
Non aliter forte ac vitium, arguit, ac reprehendit
Verba dolosa volant, lateque per ora feruntur,
Aure sonum capit aemulus, atque ardescit in iram.
Iste tamen cohibet se se, ast haud ille refraenat
Murmura, sed quo fata ferunt, festinat ad orcum.

25

Spiritus intus alit mentem, et modulamina linguae
Arripit; insidiasque parat, rixasque furentes
Commovet, ardentesque novo jam fomite flammas
Agglomerat: malesana ira jam pectora fervent.
Est locus in campo spatiosus, lecta virorum
Saepe ubi conveniunt doctas visura choreas.
Hic pubes in equis certamina fingere, et artus
Exercere solet, corpusque aptare labori.

26

Hic ubi turba virum magis agglomerata manebat,
Gernandus, veluti mos est, jactare Rinaldum
Diris non cessat dictis, nec parcere linguae.
Spiculaque ingeminat stygio madefacta veneno,
Sorte Rinaldus adest, et voces captat acerbas.
Ulteriusque nequit clausum cohibere furorem;
Sed mentiris, ait; praecepsque irrumpit in illum,
Fulmineumque manu vagina corripit ensem.

27

Parve un tuono la voce, e 'l ferro un lampo
Che di folgor cadente annunzio apporte.
Tremò colui, nè vide fuga, o scampo
Da la presente irreparabil morte:
Pur, tutto essendo testimonio il campo,
Fa sembiante d' intrepido, e di forte
E il gran nemico attende, e 'l ferro tratto,
Fermo si reca di difesa in atto.

28

Quasi in quel punto mille spade ardenti
Furon vedute fiammeggiar insieme;
Che varia turba di mal caute genti
D' ogn' intorno v' accorre, e s' urta, e preme.
D' incerte voci, e di confusi accenti
Un suon per l' aria si raggira, e freme;
Qual s' ode in riva al mare, ove confonda
Il vento i suoi co' mormorii de l' onda.

29

Ma per le voci altrui già non s' allenta
Ne l' offeso guerrier l' impeto, e l' ira:
Sprezza i gridi; e i ripari, e ciò, che tenta
Chiudergli il varco, ed a vendetta aspira;
E fra gli uomini, e l' armi oltre s' avventa,
E la fulminea spada in cerchio gira
Sì, che le vie si sgombra, e solo ad onta
Di mille difensor Gernando affronta.

30

E con la man ne l' ira anco maestra
Mille colpi ver lui drizza, e comparte:
Or al petto, or al capo, or a la destra
Tenta ferirlo, or a la manca parte:
E impetuosa, e rapida la destra
È in guisa tal, che gli occhi inganna, e l' arte:
Tal ch' improvvisa, e inaspettata giunge,
Ove manco si teme, e fere, e punge.

27

Vox tonitru similis, gladiusque ut fulgur ab axe,
Excidiumque ferens, et lamentabile funus,
Horruit ille tremens, nec spes nisi vana salutis;
Instat summa dies, et ineluctabile fatum.
Testibus at coram tantis, ne labe notetur,
Impavidi speciem, fortisque ostentat inanem.
Astitit, et ferrum vagina eduxit et ipse,
Hostiles ictus quasi propulsare paratus.

28

Mille repercussos simul enses sole coruscos
Aera per vacuum ferri tunc forte videres.
Protinus incautum ruit ad spectacula vulgus
Ignotas avidum rixae cognoscere causas.
Interea incerto strepit omnis murmure campus,
Et rei incertae clamor ferit aethera magnum;
Ac si pulsa vadis scopulos maris unda flagellat,
Ventorumque simul miscentur murmura ponti.

29

At ferrum crispans, quo se fert impetus ardens,
It praeceps, fremitusque nihil, nil murmura campi,
Nilque globos curans obstacula quaeque repellit;
Pandit iter ferro, tenditque ulturus in hostem.
Arma, virosque inter rutilum rotat igneus ensem;
Prosilit, et turbam effusam dispergit, et ultra
Se fert praecipitem, donec sibi tramite facto
Aggreditur solum, invitisque tuentibus, hostem.

30

Et licet iratus, tamen arte, manuque magistra
Ordine mirifico rotat ensem, et dirigit ictus:
Nunc caput invadit, nunc pulsat pectus, et alte
Insurgens dextram petit, et modo cuspide laevam:
Tam celeres geminat plagas a vertice ferro,
Ut, (mirabile dictu!) oculos deludat, et artem.
Dextera fortis, ubi minus expectata timetur,
Pervenit, et ferro perfundit membra cruore.

31

Nè cessò mai, sin che nel seno immersa
Gli ebbe una volta, e due la fera spada.
Cade il meschin su la ferita, e versa
Gli spirti, e l'alma fuor per doppia strada.
L'arma ripone ancor di sangue aspersa
Il vincitor, nè sovra lui più bada:
Ma si rivolge altrove, e insieme spoglia
L'animo crudo, e l'adirata voglia.

32

Tratto al tumulto il pio Goffredo in tanto,
Vede fiero spettacolo improvviso:
Steso Gernando, il crin di sangue, e 'l manto
Sordido, e molle, e pien di morte il viso:
Ode i sospiri, e le querele, e 'l pianto,
Che molti fan sovra il guerriero ucciso.
Stupido chiede: Or qui dove men lece,
Chi fu, ch' ardì cotanto, e tanto fece?

33

Arnaldo un de' più cari al Prence estinto
Narra, e 'l caso in narrando aggrava molto:
Che Rinaldo l'uccise, e che fu spinto
Da leggiera cagion d'impeto stolto:
E che quel ferro, che per Cristo è cinto,
Ne' Campioni di Cristo avea rivolto;
E sprezzato il suo impero, e quel divieto,
Che fè pur dianzi, e che non è secreto.

34

E che per legge è reo di morte, e deve,
Come l'editto impone, esser punito;
Sì perchè il fallo in se medesimo è greve;
Sì perchè in loco tale egli è seguito.
Che se de l'error suo perdon riceve,
Fia ciascun altro per l'esempio ardito:
E che gli offesi poi quella vendetta
Vorranno far, ch' a i giudici s'aspetta.

31

Cœpta nec haud unquam dimisit, donec atrocem,
Terque, quaterque ensem adverso sub pectore texit.
Concidit infelix: solvuntur frigore membra,
Vitaque per geminos fugit indignata sub umbras
Calles. Interea ferrum exitiale recondit
Sanguine fædatum victor, nec cætera curat.
Inde tamen migrans alio vestigia torsit,
Et tandem ex animo totam deposuit iram.

32

Advolat interea pius ad vaga murmura Rector,
Atque horrenda oculis mœrens spectacula cernit:
Cernit humi stratum fœdatum sanguine crines
Gernandum, chlamydemque rubentem pulvere fædam,
Exanimesque genas, spoliatum et lumine corpus.
Fletibus ora madent, gemitusque trahuntur.
Talibus attonitus, scelerato crimine sedes
Quis maculare, nefas tantumque absolvere, poscit?

33

Ecce Arnaldus adest extincto junctus amore,
Crimina qui gravat enarrans, resque ordine pandit.
Auctorem tantæ necis explicat esse Rinaldum
Cæci inconsulta raptum ratione furoris,
Qui ferrum quondam pro Christi nomine septum
Volverat heroum Christi in mala tristia dirus:
Aggravat et crimen memorans patefacta statuta,
Imperiumque Ducis coram sprevisse superbum.

34

Infert inde reum capitis lege esse Rinaldum,
Atque ideo mortem subeundum, lege jubente;
Tum quia noxa gravis nimium, nimiumque nefanda
Tum quia sedibus in sacris fuit illa patrata.
Olli igitur sceleri placeat si parcere tanto,
Exemplo nimis audacem quemcumque futurum;
Conviciisque lacessitos sibi sumere pœnas
Ausuros, quas judicibus præscribere fas est.

35

Onde per tal cagion discordie, e risse
Germoglieran fra quella parte, e questa.
Rammentò i merti de l'estinto, e disse
Tutto ciò, ch' o pietade, o sdegno desta.
Ma s' oppose Tancredi, e contraddisse,
E la causa del reo dipinse onesta.
Goffredo ascolta, e in rigida sembianza
Porge più di timor, che di speranza.

36

Soggiunse allor Tancredi: Or ti sovvegna,
Saggio Signor, chi sia Rinaldo, e quale:
Qual per se stesso onor gli si convegna,
E per la stirpe sua chiara, e regale,
E per Guelfo suo Zio. Non dee chi regna
Nel castigo con tutti esser eguale.
Vario è l'istesso error ne' gradi vari,
E sol l'egualità giusta è co' pari.

37

Risponde il Capitan: Da i più sublimi
Ad ubbidire imparino i più bassi.
Mal Tancredi consigli, e male stimi,
Se vuoi, che i grandi in sua licenza io lassi.
Qual fora imperio il mio, s' a' vili, ed imi,
Sol Duce de la plebe, io comandassi?
Scettro impotente, e vergognoso impero,
Se con tal legge è dato, io più no 'l chero.

38

Ma libero fu dato, e venerando;
Nè vuo', che alcun d' autorità lo scemi.
E so ben io, come si deggia, e quando
Ora diverse impor le pene, e i premi,
Ora, tenor d' egualità serbando,
Non separar da gl' infimi i supremi.
Così dicea, nè rispondea colui,
Vinto da riverenza, a i detti sui.

35

Hinc numerat lites orituras, jurgia, rixas:
Gernandi meritum, et genus usque ad sidera tollit,
Excitat et dictis quidquid pietatis, et iræ
Corda ciere Viri poterat, mentemque labantem.
Sed Tancredus adest contra, totumque retorquet
Consilium, causamque Rei describit honestam.
Inter utrumque anceps Gothfredus fluctuat ipse,
Sed metus est major, quam spes in judice recto.

36

Insuper et Tangres: Subeat tibi maxime Rector,
Qui genus? unde domo fuerit, qualisque Rinaldus?
Quo sit Sanguine cretus? Qui debentur honores?
Nam genus heroum, Regumque a Sanguine ducit,
Et Guelphum merito patruum se jactat habere.
Qui populos regit, haud obstringitur omnibus esse
Par in pœnis, sed pœnas variare tenetur
Pro meritis: paritas paribus servetur oportet.

37

Tum contra Dux: Discant ex majoribus imi
Jussa capessere. Quæ te, quæ fallacia cepit?
Si, Tancrede, putas nobis manumittere Reges
Fas, monitusque dare insuper audes? quod genus esset
Imperii mihi, si per vos dumtaxat egenæ
Plebis in abjectos nobis regnare daretur?
Si sceptrum tali sub conditione dedistis,
Impos ego renuo sceptrum, imperiumque pudendum.

38

Hoc tamen immune, ut venerabile pignus amoris
A vobis accepi; sed nec habere voluntas
Est dominos: Ego nescius haud sum quomodo pœnæ
Sint dandae, ut par est, variæque, et præmia dignis;
Quomodo lege pares jungendi grandibus imi,
Quin leges æqui, rectique ego vulnere tangam.
Dixerat: Ille silens voces non addidit ultra,
Verba Ducis tanti summo veneratus honore.

39

Raimondo imitator de la severa
Rigida antichità, lodava i detti.
Con quest' arti (dicea) chi bene impera
Si rende venerabile a i soggetti:
Che già non è la disciplina intera,
Ov' uom perdono, e non castigo aspetti:
Cade ogni regno, e ruinoso è senza
La base del timor ogni clemenza.

40

Tal ei parlava: e le parole accolse
Tancredi, e più fra lor non si ritenne;
Ma ver Rinaldo immantinente volse
Un suo destrier, che parve aver le penne.
Rinaldo, poi ch' al fier nemico tolse
L' orgoglio, e l' alma, al padiglion sen venne:
Qui Tancredi trovollo, e de le cose
Dette, e risposte a pien la somma espose.

41

Soggiunse poi: Bench' io sembianza esterna
Del cor non stimi testimon verace;
Che 'n parte troppo cupa, e troppo interna
Il pensier de' mortali occulto giace:
Pur ardisco affermar, a quel ch' io scerna
Nel Capitan, che 'n tutto anco no 'l tace,
Ch' egli ti voglia a l' obbligo soggetto
De' rei comune, e in suo poter ristretto.

42

Sorrise allor Rinaldo; e con un volto,
In cui tra 'l riso lampeggiò lo sdegno:
Difenda sua ragion ne' ceppi involto
Chi servo è, disse, o d' esser servo è degno.
Libero i' nacqui, e vissi, e morrò sciolto,
Pria che man porga, o piede a laccio indegno
Usa a la spada è questa destra, ed usa
A le palme; e vil nodo ella ricusa.

39

Dicta Raimundus vultuque severus, et annis,
Antiqui moris sectator laude canebat :
Artibus hisce datur, cui rerum summa potestas;
Evadat, quibus ille præest venerabilis, inquit.
Depereunt leges, nullo res ordine vadunt,
Non poenas ubi, sed veniam sperare licebit;
Regna quidem delapsa ruunt, ubi cassa timore,
Ad pœnam socors, facilis clementià regnat.

40

Hæc ubi dicta dedit; quae sit sententia menti
Tancredo patuit : Satis, ut rapido ocyor euro,
Vectus equo rerum moniturus adiret amicum.
Ad tentoria se se nota receperat ipse,
Postea quam Gernandum ferro victor arena
Straverat, et cæcum ardorem, fastumque superbum
Fregerat illius. Tangres hic edocet illum
Summatim, et certo gestas res ordine pandit.

41

Addidit ista dein : licet exterioris imago
Frontis sæpe oculos fallat, latitantia cordis
Nec referat bene, namque hominum penetralia cordis
Abdita sæpe latebris occultantur opacis,
Attamen audeo (ni fallor, ni dictaque fallant,
Ipse palam Gothfredus enim sua vota reclusit)
Affirmare, quod ipse velit cohibere catenis
Colla, et Consuetis plebi te plectere pœnis.

42

Vocibus hisce puer fortis subrisit, et ira
Risum inter flammans oculis effulsit, et inquit:
Vinctus ahenis defendat sua jura catenis,
Pulvere qui cretus servitum nasciitur atro :
Libertate fruentem me genuere parentes;
Talis ego vixi, moriar talisque, priusquam
Vincula connectent nexu mea membra catenis:
Vincula, non mortem horret dextra assuecta triumphis

43

Ma s' a' meriti miei questa mercede
Goffredo rende, e vuol imprigionarme,
Pur com' io fossi un uom del vulgo, e crede
A carcere plebeo legato trarme;
Venga egli, o mandi, io terrò fermo il piede:
Giudici sian tra noi la sorte, e l' arme.
Fera Tragedia vuol, che s' appresenti
Per lor diporto a le nemiche genti.

44

Ciò detto, l'armi chiede, e 'l capo, e 'l busto
Di finissimo acciajo adorno rende,
E fa del grande scudo il braccio onusto,
E la fatale spada al fianco appende:
E in sembiante magnanimo, ed augusto,
Come folgore suol, ne l' armi splende.
Marte, e' rassembra te, qualor dal quinto
Cielo di ferro scendi, e d' orror cinto.

45

Tancredi in tanto i feri spirti, e 'l core
Insuperbito d' ammollir procura:
Giovane invitto, dice, al tuo valore
So, che fia piana ogn' erta impresa, e dura:
So, che fra l' arme sempre, e fra 'l terrore
La tua eccelsa virtute è più sicura.
Ma non consenta Dio, ch' ella si mostri
Oggi si crudelmente a' danni nostri.

46

Dimmi, che pensi far? Vorrai le mani
Del civil sangue tuo dunque brutarte?
E con le piaghe indegne de' Cristiani
Trafigger Cristo, ond' ei son membra, e parte?
Di transitorio onor rispetti vani,
Che qual' onda del mar, sen viene, e parte,
Potranno in te più, che la fede, e 'l zelo
Di quella gloria, che n' eterna in Cielo?

43

Quod si Gothfredus tali mercede rependat
Virtutem, jubeatque manus me offerre catenis,
Non secus ac essem vili de Sanguine vulgi,
Captivumque putet ducendum compede vinctum,
Hanc ego per Superos sedem mucrone tenebo,
Seu veniat, seu mittat, litigium ense resolvam:
Hæc, forsan veniet lustris labentibus ætas,
Quæ solamen erunt populis, ac digna cothurno.

44

His dictis petit arma furens, galeamque comantem
Imponit capiti: Subeunt thoraca lacerti;
Munit et hastili dextram, clypeoque sinistram,
Fulmineumque simul lateri jam accomodat ensem;
Magnanimumque ferens animum, gressumque superbum.
Sicut fulgur ab axe cadens, sic splendet in armis:
Omnia Mavorti similis, cum luce coruscans,
Munitusque armis quinto descendit ab orbe.

45

Interea ardentes iras, animumque superbum
Tancredus dictis mulcere laborat amicis:
Quis furor, o generose, puer,? quid mente revolvis?
Esse tuum memini ingentes superare labores,
Virtutisque tuæ non ulla timere pericla
Bellorum strepitus inter, Martisque procellas:
Attamen absit, ut in communia damna reflectas
Arma, quibus Christi jurasti jura tueri.

46

Quid moliris adhuc? Demens! Quid mente revolvis?
Haud horres igitur civili sanguine dextram
Commaculare tuorum, et Christi figere membra?
Quosque decor Crucis insignit, dare vulnera ferro?
Ergo magis labentis cura valebit honoris,
Qui velut inconstans maris unda venitque, fugitque
Pectore præstanti, fidei quam gloria nostræ,
Quæ tibi promittit solium stellantis olympi?

47

Ah! non per Dio: vinci te stesso, e spoglia
Quella feroce tua mente superba.
Cedi; non fia timor, ma santa voglia:
Ch' a questo ceder tuo palma si serba.
E se pur degna, ond' altri esempio toglia,
È la mia giovinetta etade acerba;
Anche io fui provocato, e pur non venni
Co' fedeli in contesa, e mi contenni.

48

Ch' avendo io preso di Cilicia il Regno,
E l' insegne spiegatevi di Cristo,
Baldovin sopraggiunse, e con indegno
Modo occupollo, e ne fe' vile acquisto;
Che mostrandosi amico ad ogni segno,
Del suo avaro pensier non m' era avvisto?
Ma con l' arme però di ricovrarlo
Non tentai poscia; e forse i' potea farlo.

49

E se pur anco la prigion ricusi,
E i lacci schivi, quasi ignobil pondo,
E seguir vuoi l' opinioni, e gli usi;
Che per leggi d' onore approva il mondo?
Lascia quì me, ch' al Capitan ti scusi,
Tu in Antiochia vanne a Boemondo;
Che ne sopporti in questo impeto primo
A' suoi giudizj assai sicuro stimo.

50

Ben tosto fia se pur qui contra avremo
L' arme d' Egitto, o d' altro stuol Pagano,
Ch' assai più chiaro il tuo valore estremo
N' apparirà, mentre starai lontano:
E senza te parranne il campo scemo,
Quasi corpo, cui tronco è braccio, o mano.
Qui Guelfo sopraggiunge, e i detti approva;
E vuol, che senza indugio indi si mova.

47

Hanc mentem, precor, hunc animum depone furentem,
Teque domato ; Disce hinc debellare superbos :
Cede Deo : nec pœniteat cessisse libenter ,
Nam referes perpesso præmia digna labore.
Sunt mihi vernantes anni, viridisque juventa ,
Atque lacessito placuit decedere pugna ;
Ne comitum fidei macularem sanguine palmas,
Utile proponit tibi nunc exemplar amicus.

48

Namque potitus eram ferro tellure Cilissae ,
Et medias Christi fluitabant signa per auras,
Baldovinus ubi imperii compulsus amore ,
Nomen amicitiæ sanctum , ac venerabile fœdans ,
Fraude , dolisque sibi regnum usurpavit iniquis,
Et nimium credentem me delusit amicum.
Ulcisci poteram facile , atque ad regna reverti ,
Sed placuit Regno privari , et parcere ferro.

49

Quod si carceris abstrusi antrum, et vincla recusas,
Assuetis manibus palmis ignobile pondus ,
Atque sequi mavis, quos mundus comprobat usus ,
Ne labem patiatur honos , ut opinio vulgi
Asserit , illustris Boemundi confuge ad urbem.
Ne dubita : mihi cura tuam defendere causam.
Te primos animi motus, primumque severi
Judicium vitare Ducis laudabile credo.

50

Jam prope lux aderit , (veniet si forte Canopus.
Seu venient gentes, quæ nos circum undique pugnant
Qua procul absens noscetur tua virtus adempta :
Deficiente Rinaldo , campus erit quasi corpus ,
Cui vel Secta manus fuerit , vel brachia ferro ;
Milite , crede mihi , te absente, videbitur expers.
Dicta superveniens Guelphus mox approbat, et jam
Maturare fugam mandat , nec sede morari.

51

A i lor consigli la sdegnosa mente
De l' audace garzon si volge, e piega;
Tal ch' egli di partirsi immantinente
Fuor di quell' oste a fidi suoi non nega.
Molta intanto è concorsa amica gente;
E seco andarne ogn' un procura, e prega:
Egli tutti ringrazia, e seco prende
Sol duo scudieri, e su 'l cavallo ascende.

52

Parte; e porta un desìo d' eterna, ed alma
Gloria, ch' a nobil core è sferza, e sprone:
A magnanime imprese intenta ha l' alma,
Ed insolite cose oprar dispone:
Gir fra' nemici; ivi o cipresso, o palma
Acquistar per la fede, ond' è campione;
Scorrer l' Egitto, e penetrar sin dove
Fuor d' incognito fonte il Nilo move.

53

Ma Guelfo, poi ch' il giovine feroce
Affrettato al partir preso ha congedo;
Quivi non bada, e se ne va veloce,
Ove egli stima ritrovar Goffredo.
Il qual, come lui vede, alza la voce;
Guelfo, dicendo, a punto or te richiedo,
E mandato ho pur ora in varie parti
Alcun de' nostri Araldi a ricercarti.

54

Poi fa ritrarre ogn' altro; e in basse note
Ricomincia con lui grave sermone,
Veracemente, o Guelfo, il tuo nipote
Troppo trascorre, ov' ira il cor gli sprone;
E male addursi, a mia credenza, or puote
Di questo fatto suo giusta Cagione.
Ben caro avrò che la ci rechi tale:
Ma Goffredo con tutti è duce eguale.

51

Magnanimus puer ardorem compressit, et iram,
Consiliumque sequi laudabile duxit amicum:
Cessit, et interea absque mora discedere Castris
Constituit, fidos ne contristaret amicos.
Undique amicorum interea coufluxerat illuc
Turba, viae cupida ire comes, concorsque laborum;
Ille satis grates cunctis persolvit honestas:
Scandit equum; gemini tantum comitesque sequuntur.

52

Indignans fugit heros, sed comitatur euntem
Ingens ardor honoris, et inclyta gloria rerum.
Mira quidem Saclis puer alta mente revolvit,
Multaque disponit secum jam nescia mori.
Hostes inter et arma procul disponit abire;
Illic seu palmas decerpere, sive cupressus,
Proque fide Christi Ægypti penetrare recessus,
Nilus ubi dubia surgens ab origine manat.

53

At postquam campo juvenis discesserat acer,
Liquerat et patruum tristem, nimiumque dolentem,
Carpit iter velox Ducis ad tentoria Guelphus,
Caetera nil curans in tot discrimine rerum.
At Gothfredus ubi videt illum, voce sonanti
Ad se compellat: De Te modo, Guelphe rogavi,
Te modo complures, Te, meque jubente, requirunt.
Expectate venis, dixit, Tua vota requiram.

54

Tum prudens Ductor jussit secedere quemquam,
Hasque gravi sermone tulit de pectore voces.
Audit honestatis certe transcendere metas
Ense nepos, nimiumque suo indulgere furori;
Nec satis invenio causae, quâ pellere culpam
Ipse queat, tantaeque necis vitare sagittas.
Dulce mihi, valeat si causam adfacere honestam;
Gothfredus tamen est judex par omnibus idem.

55

E sarà del legittimo, e del dritto
Custode in ogni caso, e difensore,
Serbando sempre al giudicare invitto
Da le tiranne passioni il core.
Or se Rinaldo a violar l'editto,
E de la disciplina il sacro onore
Costretto fu, come alcun dice, ai nostri
Giudizj venga ad inchinarsi, e'l mostri.

56

A sua ritenzion libero vegna;
Questo ch' io posso, a i merti suoi consento.
Ma s' egli sta ritroso, e se ne sdegna,
(Conosco quel suo indomito ardimento)
Tu di condurlo, e proveder t' ingegna,
Ch' ei non isforzi uom mansueto, e lento
Ad esser de le leggi, e de l' impero
Vendicator, quanto è ragion, severo.

57

Così disse egli; e Guelfo a lui rispose:
Anima non potea d' infamia schiva
Voci sentir di scorno ingiuriose,
E non farne ripulsa, ove l' udiva:
E se l' oltraggiatore a morte ei pose,
Chi è che meta a giust' ira prescriva?
Chi conta i colpi, o la dovuta offesa,
Mentre arde la tenzon, misura, e pesa?

58

Ma quel, che chiedi tu, ch' al tuo sovrano
Arbitro il Garzon venga a sottoporse,
Duolmi, ch' esser non può: ch' egli lontano
Da l' oste immantinente il passo torse.
Ben m' offro io di provar con questa mano
A lui, ch' a torto in falsa accusa il morse,
O s' altri v' è di sì maligno dente,
Ch' ei punì l' onta ingiusta giustamente.

55

Is erit in cunctos observantissimus aequi
Tempus in omne colens sibi legum credita jura;
Nullus amor mentem vexabit, nulla cupido,
Non odium coget, non gratia flectere lances.
Si qua locum violare sacrum, legesque coegit
Causa (velut multis placet affirmare) Rinaldum,
Ne pigeat se judicio se subdere nostro,
Quas habet, et coram nobis exponere causas.

56

Constituat se sponte reum, datur id mihi; cedo;
Virtutemque feri juvenis sic dignor honore;
Quod si durus adhuc puer indignatur adire,
(Indomitum nosco pectus, mentemque superbam)
Ducere te maneat nolentem cura nepotem:
Mitia nostra, precor, Tu fac, ne pectora cogat
Ille, nec impellat me legum, jura tueri
Ut fas, et meritis ulcisci crimina poenis.

57

Gothfredi dictis Guelphus dedit ore vicissim
Talia: Vis animi praestans, generosaque virtus
Horrebat voces linguae petulantis iniquas,
Nec poterat voces non objurgare molestas.
Auctorem prostravit humi si caede cruenta,
Ecquis tam justum poterat cohibere furorem?
Jurgia dum fervent, quisnam fera vulnera librat
Quis noxas in lance pari? quis temperat iras?

58

Me piget interea posse haud tua jussa facessi,
Judiciumque tuum, ut fas, posse subire Rinaldum:
Nam procul a castris subito vestigia torsit,
Absentemque tenet puerum modo terra remota.
Attamen est hic Guelphus adhuc, qui cuspide dextra
Gernandum meruisse probri persolvere poenas
Morte, probabit; (si puerum incusare maligno
Dente quis absentem presumat, et abdere vera.

59

A ragion, dico, al tumido Gernando
Fiaccò le corna del superbo orgoglio.
Sol (s' egli errò) fu ne l' oblio del bando;
Ciò ben mi pesa, ed a lodar no 'l toglio.
Tacque; e disse Goffredo. Or vada errando,
E porti risse altrove: io qui non voglio,
Che sparga seme tu di nove liti:
Deh, per Dio, sian gli sdegni anco forniti.

60

Di procurare il suo soccorso intanto
Non cessò mai l' ingannatrice rea,
Pregava il giorno, e ponea in uso quanto
L' arte, e l' ingegno e la beltà potea.
Ma poi, quando stendendo il fosco manto
La notte in Occidente il dì chiudea,
Fra duo suoi Cavalieri, e due Matrone
Ricovrava in disparte al padiglione.

61

Ma benchè sia mastra d' inganni, e i suoi
Modi gentili, e le parole accorte,
E bella sì, che 'l ciel prima, nè poi
Altrui non diè maggior bellezza in sorte;
Tal che del campo i più famosi Eroi
Ha prèsi d' un piacer tenace, e forte;
Non è però, ch' a l' esca de' diletti
Il pio Goffredo lusingando alletti.

62

In van cerca invaghirlo, e con mortali
Dolcezze attrarlo a l' amorosa vita:
Che qual saturo augel, che non si cali
Ove il cibo mostrando altri l' invita;
Tal ei sazio del mondo i piacer frali
Sprezza, e sen poggia al ciel per via romita:
E quante insidie al suo bel volto tende
L' infido Amor, tutte fallaci rende,

59.

Cornua Gernaudo merito fregisse Rinaldum,
Cordaque vesano nimium turgentia fastu
Est nulli dubium: grave tantum non meminisse
Edicti: Extollam super hoc quoque laudibus? Absit.
Conticuit. Tum Gothfredus sic orsa vicissim,
Exulet ergo nepos, aliove ferat malesana
Jurgia: sed veto ne belli nova semina spargas
Hic, ubi fas extent vos inter vincula pacis.

60

Interea haud cessat verbis Armida dolosis
Suppetias sibi promissas deposcere semper;
Luce manente polo campi tentoria lustrans
Artibus, atque jocis pascebat fomite flammas;
Ast ubi lux tenebris orbem velabat obortis,
Atque obscura volvebat caligine terras,
Tum proceres inter geminos sociata duabus
Ancillis seorsum graviter sua castra subibat.

61

Et quamvis versare dolos excellat in arte,
Sitque Armida modis nimium stipata benignis,
Cujus in ore nitet roseo tam rara venustas,
Ut par nulla puella sibi sub sidere amico;
Et licet heroas primos, et fulmina Martis
Numinis Idalii constrinxerit illa catenis,
Nequicquam sperat tamen impenetrabile pectus
Flectere Gothfredi, mentemque incendere amore.

62

Quos torsit, frustra periere cupidinis arcus,
Nec potuit Veneris sub gaudia flectere mentem;
Coelesti Gothfredus enim praeventus amore
Et mundi illecebras, Venerisque aspernit honores;
Non secus ac saturo pinguis jam ventre volucris
Æthera nec linquit, dulci nec carpitur esca.
Et quas insidias tendit Cythereia proles,
Mens super astra vagans omnino reddit inanes.

63

Nè impedimento alcun torcer da l' orme
Puote, che Dio ne segna, i pensier santi.
Tentò ella mill' arti, e in mille forme,
Quasi Proteo novel, gli apparve innanti:
E desto amor, dove più freddo ei dorme,
Avrian gli atti dolcissimi, e i sembianti.
Ma qui (grazie divine) ogni sua prova
Vana riesce e ritentar non giova.

64

La bella donna, ch' ogni cor più casto
Arder credeva ad un girar di ciglia,
Oh come perde or l' alterezza, e 'l fasto,
E quale ha di ciò sdegno, e meraviglia!
Rivolger le sue forze, ove contrasto
Men duro trovi, al fin si riconsiglia:
Qual capitan, ch' inespugnabil terra
Stanco abbandoni, e porti altrove guerra.

65

Ma contra l' arme di costei non meno
Si mostrò di Tancredi invitto il core:
Però ch' altro desio gl' ingombra il seno,
Nè vi può loco aver novello ardore:
Che sì come da l' un l' altro veneno
Guardar ne suol, tal l' un da l' altro amore.
Questi soli non vinse, o molto, o poco
Avvampò ciascun altro al suo bel foco.

66

Ella, se ben si duol, che non succeda
Sì pienamente il suo disegno, e l' arte;
Pur fatto avendo così nobil preda
Di tanti Eroi, si riconsola in parte:
E pria, che di sue frodi altri s'avveda,
Pensa condurli in più sicura parte,
Ove gli stringa poi d' altre catene,
Che non son queste, ond' or presi li tiene.

63

Tramite nec possunt recto deflectere gressus
Ulla, Deo monstrante vias, obstacula firmos.
Edidit illa artes cunctas; quasi Protheus omnes
Mutavit formas, mentes ut frangeret altas,
Blanditiae molles, et blandae munera formae
Pectora fregissent dura, et glacialia corda;
Ast, afflante Deo, hic molimina vana resultant;
Nec Paphio puero prodest geminare sagittas.

64

Pulchra puella nimis, flammis quae adolere putabat
Vix oculos torquens castissima pectora quaeque;
Nunc depulsa gradu admirans secum infremit ira,
Fastus abit, linquitque insana superbia mentem;
Consiliumque capit demum divertere vires,
Occurrant obstacula quo minus aspera rebus.
Non secus,ac Dux qui castrum insuperabile linquens
It procul in terras laturus bella remotas.

65

Nobile Tancredi pectus nec vulnerat ipsa,
Contra illum cecidere simul sine cuspide tela;
Saucius ille prius diverso carpitur igne,
Nescit habere locum novus ignis ab igne repulsus;
Virus enim veluti praeservat saepe veneno,
Sic amor oppositum plerumque excludit amorem.
Armidae, exceptis his, quisque nimisve, parumve
Vulnus alens Venis quasi demens arsit amore.

66

Illa licet penitus non arrisisse secundam
Fortunam doleat votis, tamen arte potita
Divite tam praeda solatur parte dolorem.
Occultae tamen insidiaeque, dolique priusquam
Detectae pateant, secum deducere amantes
In partes molitur, ubi formidine pulsa
Diversis tuto possit vincire catenis,
Quos sibi junxit adhuc fallacis fervor amoris.

67

Essendo giunto il termine, che fisse
Il Capitano a darle alcun soccorso;
A lui sen venne riverente, e disse:
Sire, il dì stabilito è già trascorso
E se per sorte il reo Tiranno udisse,
Che i' abbia fatto a l' arme tue ricorso,
Prepareria sue forze alla difesa:
Nè così agevol poi fora l' impresa.

68

Dunque, prima ch' a lui tal nova apporti
Voce incerta di fama, o certa spia,
Scelga la tua pietà fra' tuoi più forti
Alcuni pochi, e meco or or gl' invia:
Che se non mira il Ciel con occhi torti
L' opre mortali, o l' innocenza obblia,
Sarò risposta in regno, e la mia terra
Sempre avrai tributaria in pace, e in guerra.

69

Così diceva; e 'l Capitano a i detti
Quel, che negar non si potea, concede:
Sebben, ov' ella il suo partir affretti,
In se tornar l' elezion ne vede:
Ma nel numero ogn' un de' diece eletti
Con insolita istanza esser richiede:
E l' emulazion, che 'n lor si desta,
Più importuni gli fa ne la richiesta.

70

Ella, che 'n essi mira aperto il core,
Prende vedendo ciò novo argomento;
E su 'l lor fianco adopra il rio timore
Di gelosia per sferza, e per tormento:
Sapendo ben, ch' al fin s' invecchia Amore
Senza quest' arti, e divien pigro, o lento:
Quasi destrier, che men veloce corra,
Se non ha chi lui segua, o chi 'l precorra.

67

Jamque dies aderat, qua suppeditare rogata
Subsidia heroum Dux se se obtinxerat illi.
Ora verecundo subiit suffusa pudore
Multa rogans supplex, fuditque has pectore voces:
Maxime Dux abiit tempus: si forte tyranno
Me fatis actam ad te confugisse patescat,
Ne socios metuo, sibi fidos instruat armis,
Et magis ardua consiliis sint coepta futura.

68

Haec igitur prius incostans quam fama reportet,
Sive tyrannum non obscura relator iniquus
Edoceat, precor ut quamprimum lecta virorum,
Quae tua promisit pietas, mihi-dentur amica;
Quod si magnus Olympi Rex mortalia curat,
Innocuosque suo tuletur numine ab alto,
Ad patrios, charosque lares, ad sceptra reponar;
Et bellique, domique tibi mea sceptra dicabo.

69

Talia promenti dictis Dux ore benigno
Annuit, et quae promisit, concessit habenda.
Mordaces agitant nisi tantum pectora curæ,
Debeat invitus, mulier dum cogit abire,
Ipse viris comites de tantis carpere lectos.
Quisque petit sibi fortunam discedere castris,
Atque unum ex decem poscit felicibus esse.
Quoque magis crescit numerus, petulantia crescit.

70

Percipit illa viris ardere per ossa furorem,
Artibus hinc fallax mulier super addidit artes,
Ingeminatque dolos stimulisque irritat acerbis
Pectora, quo magis evadant crepitantia flammis.
Perfectos edocta dolos haud nescit amorem
Extingui sensim, ni sit calcaribus actus,
Non secus ac sonipes, medium qui sistere cursum
Assolet, alter ubi sonipes ni forte sequatur.

71

E in tal modo comparte i detti sui,
E 'l guardo lusinghiero, e 'l dolce riso,
Ch' alcun non è, che non invidii altrui;
Nè il timor da la speme è in lor diviso.
La folle turba de gli amanti, a cui
Stimolo è l'arte d' un fallace viso,
Senza fren corre, e non gli tien vergogna;
E loro indarno il Capitan rampogna.

72

Ei ch' egualmente satisfar desira
Ciascuna de le parti, e in nulla pende;
Se ben alquanto or di vergogna, or d' ira
Al vaneggiar de' cavalier s' accende;
Poi ch' ostinati in quel desio gli mira,
Novo consiglio in accordarli prende.
Scrivansi i vostri nomi; ed in un vaso
Ponganasi (disse) e sia giudice il caso.

73

Subito il nome di ciascun si scrisse,
E in picciol' urna posti, e scossi fore,
E tratti a sorte: e 'l primo, che n' uscisse;
Fu il Conte di Pembrozia Artemidoro.
Legger poi di Gherardo il nome udisse:
E uscì Vincilao dopo costoro,
Vincilao, che sì grave, e saggio avante,
Canuto or pargoleggia, e vecchio amante.

74

Oh come il volto han lieto, e gli occhi pregni
Di quel piacer, che dal cor pieno inonda,
Questi tre primi eletti, i cui disegni
La fortuna in amor destra seconda!
D' incerto cor, di gelosia dan segni
Gli altri, il cui nome avvien, che l'urna asconda
E da la bocca pendon di colui,
Che spiega i brevi, e legge i nomi altrui.

71

Munera dictorum, nec non risusque serenos,
Intuitusque oculorum sic partitur in omnes,
Livor ut alternus vexet praecordia cunctis,
Spemque, metumque inter dubii jactentur amantes;
Plurima turba strepit nullo retinente pudore,
Cui stimulat fallax visus calcaribus armos,
Et quamvis Ductor verbis castigat acerbis
Amentem turbam, spargit sed verba per auras.

72

Dux cui nulla acceptio, sed studiosa voluntas,
Quantum fas est, votis indulgere precantum,
Corde licet vesanos detestetur amores,
Vix pudeatque modo, et tacitus modo ferveat ira,
Ut laqueis captos, immotosque aspicit illos,
Discordes saltem cupidus conjungere mentes,
Consilium capit in vas cuncta inferre precantum
Nomina, et insanas sorti dare solvere lites.

73

Nec mora: scripta tenet procerum jam nomina campi;
Urna suis latebris jam jam latura per ora:
Ducuntur sortes, primusque fragore furenti
Ducitur Ambosae Comes Artemidorus ab urna;
Postea Gherardi nomen fortuna remisit;
Post hos Vincilaus ab urna tertius exit,
Quique gravis dederat virtutum exempla per annos,
Ludit amans senior, dum pallent ora senecta.

74

Exultant animis; hilarant nova gaudia vultus
Electis, quibus arrisit fortuna secunda;
Impar pectus erat tantos cohibere furores,
Laetitiaque fremunt, plaususque ad sidera tollunt.
Ossa vorat contra livor, pereditque medullas,
Nomina fatalis quorum dudum urna recondit.
Incerti pendent, pavidique legentis ab ore
Nomina, per sortes quae ducebantur ab illa.

75

Guasco quarto fuor venne, a cui successe
Ridolfo, ed a Ridolfo indi Olderico,
Quinci Guglielmo Ronciglion si lesse,
E 'l Bavaro Eberardo, e 'l Franco Enrico.
Rambaldo ultimo fu che poscia elesse
Fede cangiar, fatto di Gesù nemico.
Tanto puote Amor dunque? e questi chiuse
Il numero de' diece, e gli altri escluse.

76

D'ira, di gelosia, d'invidia ardenti
Chiaman gli altri Fortuna ingiusta, e ria:
E te accusano, Amor, che le consenti,
Che ne l'imperio tuo giudice sia.
Ma, perchè instinto è de l'umane menti,
Che ciò, che più si vieta, uom più desia,
Dispongon molti ad onta di Fortuna
Seguir la Donna, come il ciel s'imbruna.

77

Voglion sempre seguirla a l'ombra, al Sole,
E per lei combattendo espor la vita:
Ella fanne alcun motto, e con parole
Tronche, e dolci sospiri a ciò gl'invita:
Ed or con questo, ed or con quel si duole,
Che far convienle senza lui partita.
S'erano armati intanto, e da Goffredo
Toglieano i diece Cavalier congedo.

78

Gli ammonisce quel saggio a parte a parte,
Come la fe Pagana è incerta, e leve,
E mal sicuro pegno; e con qual'arte
L'insidie, e i casi avversi uom fuggir deve:
Ma son le sue parole al vento sparte,
Né consiglio d'uom sano Amor riceve.
Lor dà commiato al fine; e la Donzella
Non aspetta al partir l'alba novella.

75

Exiit inde foras Guascus, subiitque Ridulphus;
Oldericus successit sed enim inde Ridulpho:
Ponc subit Gulielmus Roncilionis ab arce;
Bavarus inde Eberardus; postea Gallicus heros
Enricus, cui Successit Rambaldus iniquus.
Hic gladium lateri pro Christi nomine cinxit,
Ejecitque fidem Armidae vexilla sequutus:
Hic numerum clausit, reliquosque exclusit amantes.

76

Caetera turba palam fortunam incusat acerbam,
Invidiaque simul, rabie, tabescit, et ira;
Arguit et Te, namque sinis, Cythereia proles,
Quod fortuna tuis pariter dominetur in oris.
Sed quoniam natura animis mortalibus inflat
Exoptare ardentius id, quod lege vetatur,
Fortuna renuente parant discedere multi,
Armidamque sequi per amica silentia noctis.

77

Immotique manent furtim vestigia semper
Observata sequi, et caput objectare periclis,
Hesperias Titan seu currum condat in undas,
Seu mediam Coeli summi terat arduus arcem.
Illa animos acuit, jactataque corda fatigat;
Condolet alternatim, quod fortuna negarit
Posse viris tantis stipatam abscedere terra.
Electi interea veniam a Rectore petebant.

78

Plurima commemorans iterumque, iterumque monebat
Incautam pubem sapiens Dux mente sagaci:
Explicat ille modos, quibus evitare pericla
Debeat, et fidei incertae haud fidere Divum;
Aurae verba tamen nil proficientia tollunt,
Optima nec recipit durus praecepta Cupido.
Denique dat veniam Dux, impatiensque puella
Expectare negat, consurgat Lucifer ortu.

79

Parte la vincitrice, e quei rivali,
Quasi prigioni, al suo trionfo avanti
Seco n' adduce, e tra infiniti mali
Lascia la turba poi de gli altri amanti.
Ma come uscì la notte, e sotto l' ali
Menò il silenzio, e i lievi sogni erranti;
Secretamente, com' Amor gl' informa,
Molti d' Armida seguitaron l' orma.

80

Segue Eustazio il primiero, e puote appena
Aspettar l' ombre, che la notte adduce,
Vassene frettoloso, ove ne 'l mena
Per le tenebre cieche un cieco Duce.
Errò la notte tepida, e serena;
Ma poi ne l' apparir de l' alma luce
Gli apparse insieme Armida, e 'l suo drappello;
Dove un borgo lor fu notturno ostello.

81

Ratto ei ver lei si move, ed a l' insegna
Tosto Rambaldo il riconosce, e grida,
Che ricerchi fra loro, e perchè vegna:
Vengo (risponde) a seguitarne Armida:
Ned ella avrà da me, se non la sdegna,
Men pronta aita, o servitù men fida.
Replica l' altro. Ed a cotanto onore,
Dì, chi t' elesse? Egli soggiunge. Amore.

82

Me scelse Amor, te la Fortuna: or quale
Da più giusto elettore eletto parti?
Dice Rambaldo allor: Nulla ti vale
Titolo falso, ed usi inutil' arti.
Nè potrai de la Vergine regale.
Fra i campioni legittimi mischiarti,
Illegittimo servo. E chi (riprende
Cruccioso il Giovinetto) a me il contende?

79

Discessit victrix tandem, et ducebat amantes
Non secus ac vinctos referens ex hoste triumphum
Caetera turba fremit, nec mens vacat aegra dolore
Corde gerens tacitum, atque inconsolabile vulnus.
Ast ubi pallenti se se nox extulit umbra,
Somnia gestans, atque silentia muta sub alas,
Plurima discessit furtim per opaca viarum
Caeca juventa sequens abeuntem nocte puellam.

80

Eustachius prior ante omnes haud noctis opacas
Expectat tenebras, properus sed sole cadente
Discedit campo solus per opaca locorum,
Corripuitque vias caecas caeco actus amore;
Ignarusque loci tota regione vagatur
Per noctem, nostris donec lux nuntia Phoebi
Illuxit terris: simul ecce Armida videtur
Egrediens ex arce suis stipata catervis.

81

Tum celeres amor ipse pedes agit: Illico ab armis
Noscitur: at Rambaldus adest, causamque requirit
Adventus? Quae fata ferant? Sit quaeve voluntas?
Ille vicissim haec: Armidae placet esse sequacem,
Neve pigebit forsan, ni indignata recuset,
Fatorum pariter vobiscum habuisse sodalem.
Quis te tum Rambaldus ait, dignatur honore
Tanto? Amor ille reponit: Veni ductus amore.

82

Te fortuna legit; Legit officiosa voluntas
Me: quisnam ex nobis accedat justius, oro?
Rambaldus contra titulum contendit habendum
Non validum, nec proficientia verba futura;
Nec licitum sine jure sibi se intrudere rebus
Electos inter proceresque, ducesque puellae.
Tum Princeps indignatus, similisque minanti
Ecquis, ait, nostros audet contendere gressus?

83

Io te 'l difenderò, colui rispose;
E feglisi à l' incontro in questo dire:
E con voglie egualmente in lui sdegnose
L' altro si mosse, e con eguale ardire:
Ma qui stese la mano, e si frappose
La Tiranna de l'alme in mezzo a l' ire:
Ed a l' uno dicea: Deh non t' incresca,
Ch' a te compagno, a me campion s' accresca.

84

S' ami che salva i' sia, perchè mi privi
In sì grand' uopo de la nova aita?
Dice a l' altro: Oppcrtuno: e grato arrivi
Difensor di mia fama, e di mia vita;
Nè vuol ragion, nè sarà mai, ch' io schivi
Compagnia nobil tanto, e sì gradita.
Così parlando, ad or ad or tra via
Alcun novo campion le sovvenia.

85

Chi di là giunge, e chi di qua: nè l' uno
Sapea de l' altro; e 'l mira bieco, e torto:
Essa lieta gli accoglie, ed a ciascuno
Mostra del suo venir gioja, e conforto;
Ma già ne lo schiarir de l' aer bruno
S' era del lor partir Goffredo accorto;
E la mente indovina de lor danni
D' alcun futuro mal par che s' affanni.

86

Mentre a ciò pur ripensa, un Messo appare
Polveroso, anelante, in vista afflitto,
In atto d' uom, ch' altrui novelle amare
Porti, e monstri il dolore in fronte scritto.
Disse costui: Signor, tosto nel mare
La grande armata apparirà d' Egitto:
E l' avviso Guglielmo, il qual comanda
A i Liguri navigli, a te ne manda.

83

Ille reponit atrox: Nostrum est prohibere quod optas;
Progrediensque gradum se se tulit obvius illi,
Occurrit venienti alter commotus et ipse
Fluctibus irarum, pariterque virilis in armis.
Ecce repente manum mediam tulit arbitra pacis
Alma tyranna virum, litemque diremit acerbam,
Inter utrumque loquens, uni, ne taedeat oro,
Dixit, ut addatur mihi virque, Tibique sodalis;

84

Si tibi cura caput miserum servare puellae,
Cur refugis socium summis adjungere rebus?
O quam gratus ades nostram miseratus iniquam
Sortem! ait Eustachio, quoque tu mala nostra levabis
Quas referam grates tali pro pignore amoris?
Illud erit, nomenque tuum alta mente repostum.
Haec memorantibus ore, viamque abeuntibus ultra
Saepe novus passim; passimque supervenit heros.

85

Undique diversis veniebat caeca juventus
Callibus, et socii nullus jam conscius illum
Obliquis oculis spectabat, et igne maligno:
Excipit illa viros adeuntes mente benigna.
Ut primum lux alma data est, Gothfredus abesse
Noverat e castris plures proceresque, ducesque:
Praescia venturi mens non vacat aegra dolore,
Nam mala praesentit miserae ventura juventae.

86

Talia volventi secum, tactoque dolore
Pulverulentus adest Gothfredo nuntius ecce,
Pectus anhelans, tristis vultu, et squallidus ore,
Non secus ac missus, qui tristia damna reportet.
Ille haec: Quamprimum Gothfrede, Ægyptia classis
Improvisa aderit; jam persecat aequora ventis.
Ipse haec ferre jubet celeres mandata per oras,
Qui Liguras ducit puppes Gulielmus in undas.

87

Soggiunse a questo poi, che da le navi
Sendo condotta vettovaglia al campo,
I cavalli, e i camelli onusti, e gravi
Trovato aveano a mezza strada inciampo:
E che i lor difensori uccisi, o schiavi
Restar pugnando, e nessun fece scampo,
Da i ladroni d' Arabia in una valle
Assaliti a la fronte, ed a le spalle.

88

E che l' insano ardire, e la licenza
Di quei Barbari erranti è omai si grande,
Che in guisa d' un diluvio intorno senza
Alcun contrasto si dilata, e spande:
Onde convien, ch' a porre in lor temenza,
Alcuna squadra di guerrier si mande,
Ch' assicuri la via, che da l' arene
Del mar di Palestina al campo viene.

89

D' una in un' altra lingua in un momento
Ne trapassa la fama, e si distende:
E 'l vulgo de' soldati alto spavento
Ha de la fame, che vicina attende.
Il saggio Capitan, che l' ardimento
Solito loro in essi or non comprende,
Cerca con lieto volto, e con parole,
Come gli rassicuri, e riconsole.

90

O per mille perigli, e mille affanni
Meco passati in quelle parti, e 'n queste,
Campion di Dio, ch' a ristorare i danni
Della Cristiana sua fede nasceste;
Voi, che l' arme di Persia, e i Greci inganni,
E i monti, e i mari, e 'l verno, e le tempeste
Della fame i disagi, e della sete
Superaste; voi dunque ora temete?

87

Addidit his super inde, via sonipesque, camelos ;
Qui modo portabant congesta cibaria castris
Litoris ex oris medios sub pondere fessos
Offendisse, ducesque suos per tela volentes
Credita tutari periisse in prælia caesos,
Captivos seu ductos, sospite nemine facto ;
Irruerant. Arabes etenim de valle latrones,
Cunctaque vastarant late, tulerantque rapinas.

88

Dixit in immensum ausa, scelusque, nefasque latronum
Panchea de gente illas crevisse per oras,
Qui quasi locustae tota regione vagantes
Undique replebant late loca sanguine, et igne ;
Crescebantque velut torrens, ubi congregat undas ;
Hinc ait esse necesse, manus mittatur in illas
Oras, ut praedatores vi territet ipsos,
Defendatque viam, e castris quae ad litora tendit.

89

Fama repente per ora volans jam crescit eundo :
Confusos geminat strepitus, vulgusque susurrat :
Occupat ossa pavor famis, exitiique propinqui,
Spemque, metumque inter strepit omnis murmure campus.
Providus at dux, qui mentes, animosque suorum
Dejectos, fractosque videt jam corde dolorem
Comprimit, et facto simulans sibi gaudia vultu
Alloquitur, dictisque dolentia pectora mulcet.

90

O longe graviora simul discrimina passi,
Magnanimi comites, terraque, marique malorum
Haud ignari, quos magni genuere parentes,
Ut fidei Sanctae Christi reparare labantis
Ante alios vobis jacturas sorte daretur ;
Vos maria, et montes; hyemem, scopulosque sonantes
Accestis ; Danaumque dolos, Persasque cohortes,
Damna famisque, sitisque experti ! Vosne timetis ?

91

Dunque il Signor, che n' indirizza, e move,
Già conosciuto in caso assai più rio,
Non v' assicura? quasi or volga altrove
La man de la clemenza, e 'l guardo pio?
Tosto un dì fia, che rimembrar vi giove
Gli scorsi affanni, e sciorre i voti a Dio.
Or durate magnanimi, e voi stessi
Serbate, prego, a i prosperi successi.

92

Con questi detti le smarrite menti
Consola, e con sereno, e lieto aspetto:
Ma preme mille cure egre, e dolenti
Altamente riposte in mezzo al petto.
Come possa nutrir sì varie genti
Pensa fra la penuria, e fra 'l difetto:
Come a l' armata in mar s' opponga, e come
Gli Arabi predatori affreni, e dome.

Fine del Canto Quinto

91

Omnipotens igitur, qui cuncta gubernat Olympo,
Quique hominum mentesque, animosque fovetque regitque,
Qui graviora suo jam passos numine texit,
Anne novis fatis actos nunc deseret alto?
Eja agite: Et forsan passos meminisse labores,
Insuper atque aris pia solvere vota juvabit.
Jam revocate animos, et mittite corde timorem,
Durate, et vosmet rebus servate Secundis.

92

His mulcet dictis exterrita pectora Ductor;
Spem vultu simulat, curisque ingentibus æger,
Ore sub amœno premit altum corde dolorem.
Mente revolvit qua ratione alimenta ministret
Tot, tantisque viris densatis littore avaro,
Deficiunt ubi jam cerealia munera vitae;
Quomodo pellat, quae fertur cita gurgite, classem;
Quomodo praedones tundat de gente Sabea.



91

Dunque il Signor, che n' indirizza, e move,
Già conosciuto in caso assai più rio,
Non v' assicura? quasi or volga altrove
La man de la clemenza, e 'l guardo pio?
Tosto un dì fia, che rimembrar vi giove
Gli scorsi affanni, e sciorre i voti a Dio.
Or durate magnanimi, e voi stessi
Serbate, prego, a i prosperi successi.

92

Con questi detti le smarrite menti
Gitta lo scudo, ed a due mani afferra
La spada, ch' è di sangue ancor digiuna:
E col nemico suo si stringe e serra,
E cala un colpo, e non v' è piastra alcuna
Che gli resista sì, che grave angoscia
Non dia piagando alla sinistra coscia.

42

E poi sull' ampia fronte il ripercote,
Sì che il picchio rimbomba in suon di squilla.
L' elmo non fende già; ma lui ben scote,
Tal ch' egli si rannicchia, e ne vacilla.
Infiamma d' ira il Principe le gote,
E negli occhi di foco arde e sfavilla:
E fuor della visiera escono ardenti
Gli sguardi, e insieme lo stridor de' denti.

39

Atque ubi nobiliora animae natura locavit,
Congeminat crebros illic robustius ictus,
Verberibusque cruentis verba minacia jungens
Tristia damna quoque incussis terroribus addit.
Huc, illuc se se Rambaldus agitque, quatitque,
Ictibus et celeres crebris vix subtrahit artus.
Nunc clypeo, nunc ense studet, totisque laborat
Viribus, ut furor evadat tandem irritus omnis.

40

Sed geminat Tangres ictus tam praepite dextra,
Ut sibi Guasco cavere parem haud se sentiat esse.
Jam clypeo fracto, rupta quoque casside, sanguis
Undique manabat toto de corpore fumans.
Nullus adhuc tamen est ictus demissus ab illo,
Vulnere vel leviter fortem qui laederet hostem.
Impius exhorret, quem plurima cura remordet:
Torquet amor, rabies, pudor, et mens conscia culpae.

41

Denique consilium demens invadere Martem
Insanum capit, atque extrema subire pericla.
Dejicit ad terram clypeum, dein sanguine purum
Arripit ensem utraque manu; miscentur in unum
Et furor, et virtus. Fervet certamen acerbum,
Ille acie totis demittit viribus ensem;
Collapsus ruit ictus tanto pondere, ut hamis
Vulnere crus laevum abruptis foedaret acerbo.

42

Congeminatque ictus, ubi frontem ferrea cassis
Obtegit, et sonitum labens dat verbere ferrum.
Scinditur haud equidem galea; ast concussus in arma
Se se contrahit ille, et maxima membra vacillant.
Tum furiis heros fertur, rabiesque favillas
Caeca venenatos oculis ardentibus afflat:
Buccula per totum ardens scintillare videtur
Et crepitant intus magno cum murmure dentes.

43

Il perfido Pagan già non sostiene
La vista pur di sì feroce aspetto.
Sente fischiare il ferro, e tra le vene
Già gli sembra d'averlo, e in mezzo al petto.
Fugge dal colpo, e 'l colpo a cader viene
Dove un pilastro è contra il ponte eretto:
Ne van le scheggie e le scintille al Cielo,
E passa al cor del traditor un gelo.

44

Onde al ponte rifugge, e sol nel corso
Della salute sua pone ogni speme.
Ma 'l seguita Tancredi, e già sul dorso
La man gli stende, e 'l piè col piè gli preme,
Quando ecco (al fuggitivo alto soccorso)
Sparir le faci, ed ogni stella insieme;
Nè rimaner all' orba notte alcuna
Sotto povero Ciel lume di Luna.

45

Fra l' ombre della notte e degl' incanti
Il vincitor nol segue più nè 'l vede;
Nè può cosa vedersi allato, o avanti,
E muove dubbio e mal securo il piede.
Sul limitar d' un usceo i passi erranti
A caso mette, nè d' entrar s' avvede;
Ma sente poi che suona a lui diretro
La porta, e 'n loco il serra oscuro e tetro.

46

Come il pesce colà, dove impaluda
Ne' seni di Comacchio il nostro mare,
Fugge dall' onda impetuosa e cruda,
Cercando in placide acque ove ripare:
E vien che da sè stesso ei si rinchiuda
In palustre prigion, nè può tornare;
Che quel serraglio è con mirabil uso
Sempre all' entrare aperto, all' uscir chiuso;

43

Wilis apostata jam tantam non sustinet iram,
Aspectuque fero trepidans conterritus haesit.
Aure capit ferrum findens saepe ictibus auras,
Jamque putat venis, vel jam sub pectore condi.
Effugit insanum veniens a vertice ferrum,
Fertur in adversam ponti ferrumque columnam,
Scintillaeque volant, volitant fragmenta per auras,
Et gelidus riguit Rambaldo in pectore sanguis.

44

Ad pontem refugit; fuga nam spes una salutis:
Insequitur Tangres fugientem, jamque prehendit
Brachia protendens humeros; pede pes premit hostem;
Cum ecce repente faces, simul ecce micantia coeli
Sidera vanescunt, lapsisque laboribus adsunt
Pallentes umbrae fugientis, noxque profunda.
Nigrescunt Stygiis confestim cuncta latebris,
Palluit extemplo simul et jubar omne Dianae.

45

Arte veneficii innexus, noctisque per umbras
Non sequitur vinctum, victorque immobilis haesit.
Errat in incerto dubius quo flectere cursum
Debeat? Incumbunt umbrae, spissaeque tenebrae
Cuncta tegunt; errantes hinc in limina gressus
Inscius immittit temere, nec sentit adire;
A tergo stridere fores ast audit, et intus
Captivum coecis se nescius abdidit umbris.

46

Sic pisces, ubi tuta silet sub montibus altis
Unda maris nostri prope littora curva Clomachi,
Ut fugiant nimbos, tempestatesque sonoras,
Compositas adeunt undas, ubi pace quiescant;
Sorte tamen venit, ut nullo cogente palustre
Littus inaccessum subeant, reditusque negetur;
Retia sunt etenim tanto illic structa labore,
Ut pateant adeuntibus, ac redeuntibus obstent.

47

Così Tancredi allor, qual che si fosse
Della strania prigion l' ordigno e l' arte;
Entrò per sè medesmo e ritrovosse
Poi là rinchiuso, ond' uom per sè non parte.
Ben con robusta man la porta scosse;
Ma fur le sue fatiche indarno sparte:
E voce intanto udì, che, indarno, grida,
Uscir procuri, o prigionier d' Armida.

48

Quì menerai (non temer già di morte)
Nel sepolcro de' vivi i giorni e gli anni.
Non risponde, ma preme il guerrier forte
Nel cor profondo i gemiti e gli affanni:
E fra sè stesso accusa Amor, la sorte,
La sua sciocchezza, e gli altrui feri inganni;
E talor dice in tacite parole:
Lieve perdita fia perdere il Sole;

49

Ma di più vago Sol più dolce vista,
Misero, i' perdo; e non so già, se mai
In loco tornerò, che l' alma trista
Si rasserenì agli amorosi rai.
Poi gli sovvien d' Argante, e più s' attrista:
E troppo, dice, al mio dover mancai;
Ed è ragion ch' ei mi disprezzi e scherna.
Oh mia gran colpa, o mia vergogna eterna!

50

Così d' amor, d' onor cura mordace
Quinci, e quindi al Guerrier l' animo rode.
Or mentre egli s' affligge, Argante audace
Le molli piume di calcar non gode.
Tanto è nel crudo petto odio di pace.
Cupidigia di sangue, amor di lode,
Che delle piaghe sue non sano ancora
Brama che 'l sesto dì porti l' Aurora.

47

Haud aliter Tancres, quacumque opus affabre factum
Arte foret, seu carcer inextricabilis esset,
Sponte sua subiit, claususque remansit in antro,
Unde sine auxilio Superum spes nulla recessus.
Terque, quaterque fores robusta evellere dextra
Ausus, sed vano fudit conamine vires.
Interea vox clamans est audita per auras:
Frustra exire studes Armidae sub juga missus.

48

Hic tibi, quem fortuna dabit, fas ducere cursum
Annorum, semperque valens, semperque sepultus.
Obmutuit dictis heros; dolor ossa repressit;
Sed tacitus, moerensque premit sub corde dolorem.
Nunc sortem incusat dubiam, nunc tristis amorem,
Stultitiamque suam, fraudesque, dolosque scelestum,
Et tacitus secum ajebat sua fata revolvens:
Hic mihi nil solis foret alma luce carere.

49

Visere sed lucem nunquam fortasse licebit
Sole magis charam; mihi id immedicabile vulnus;
Nescius an quondam dederit fortuna per aevum,
Ut relevent aegram mentem sua lumina visu.
Insuper et memor Argantis magis, ac magis urit,
Namque piget non posse fidem persolvere pactam;
Et fas, ajebat secum, ut me irrideat ille.
Oh pudor extremus numquam delendus in aevum!

50

Tangit honos animum, tangit quoque fervor amoris
Corda viri, et pectus curarum fluctuat aestu.
Interea curis Tancredum agitantibus, Argas
Impatiens pugnae haud gaudet dare membra quieti:
Irrequietus agens odium implacabile pacis
Laudis amore ardet, flagratque cupidine caedis;
Et quamvis languescat adhuc per vulnera, lucem
Exoptat tamen ut sextam Titania portet.

51

La notte, che precede, il Pagan fero
Appena inchina per dormir la fronte;
E sorge poi che 'l Cielo anco è sì nero,
Che non dà luce in sulla cima al monte.
Recami l' arme, grida al suo scudiero:
E quegli aveale apparecchiate e pronte;
Non le solite sue; ma dal Re sono
Dategli queste, e prezioso è il dono.

52

Senza molto mirarlo egli le prende,
Nè dal gran peso è la persona onusta;
E la solita spada al fianco appende,
Ch' è di tempra finissima e vetusta.
Qual con le chiome sanguinose orrende
Splender cometa suol per l' aria adusta,
Che i regni muta, e i feri morbi adduce,
Ai purpurei tiranni infausta luce:

53

Tal nell' arme ei fiammeggia, e bieche e torte
Volge le luci ebre di sangue, e d' ira.
Spirano gli atti feri orror di morte,
E minacce di morte il volto spira.
Alma non è così secura e forte
Che non paventi, ove un sol guardo gira.
Nuda ha la spada, e la solleva e scote,
Gridando, e l' aria e l' ombre invan percote:

54

Ben tosto, dice, il predator Cristiano,
Che audace è sì, ch' a me vuole agguagliarsi,
Caderà vinto e sanguinoso al piano,
Bruttando nella polve i crini sparsi;
E vedrà, vivo ancor da questa mano
Ad onta del suo Dio l' arme spogliarsi;
Nè morendo impetrar potrà co' preghi,
Ch' in pasto a' cani le sue membra i' neghi.

51

Nocte ferox Argas praeunti faedere pactam
Pugnam vix placido declinat lumina somno.
Corripit e stratis corpus, quo tempore celsi
Nondum Phoebus inaurabat fastigia montis;
Armigerumque vocans petit arma horrentia Martis,
Nec mora, nam vigil armiger illa paraverat ante.
Arma quidem sunt non quae ferre sueverat Argas,
Sed quae Rex dederat nuper pretiosa metallis.

52

Nil curat impatiensque morae se se induit illis.
Membra ferunt pondus, nec pondere membra laborant,
Fulmineumque suum lateri ensem accomodat, aëre
Quem solido, duroque faber construxerat olim.
Qualis ubi tristis solet apparere cometa
Sanguineos gestans, ac saeva luce capillos:
Ille sitim, morbosque ferens mortalibus aegris
Imperia evertit, saevos terretque tyrannos.

53

Haud secus auratis flagrans splendebat in armis,
Contorquens oculos suffectos sanguine, et igni.
Intentant praesentem gesta ferocia mortem,
Pectoribusque ferox vultus fera funera spirat.
Occupat ossa tremor, cuicumque est mascula virtus,
Ardentes oculos ubi torquet lumine glauco;
Nudatumque gerens ferrum tollitque, quatitque,
Et furiis actus ventosque flagellat, et auras,

54

Illico stratus humi ferro cadet ille Latinus
Praedator, qui mecum audet contendere bello,
Et fusos (ille haec) conspersus sanguine crines
Jam moriens foedo maculabit sanguine terras.
Numinis in despectum, quod colit ille superbus,
Vivus adhuc armis per me spoliatus abibit,
Nec precibus moriens, canibus ne membra relinquam
Discerpenda, suis tandem impetrare valebit,

55

Non altramente il Tauro, ove l' irriti
Geloso amor con stimoli pungenti,
Orribilmente mugge, e co' muggiti
Gli spirti in se risveglia, e l' ire ardenti;
E 'l corno aguzza a i tronchi, e par, ch' inviti
Con vani colpi a la battaglia i venti:
Sparge col piè l' arena, e 'l suo rivale
Da lunge sfida a guerra aspra, e mortale.

56

Da sì fatto furor commosso, appella
L' araldo, e con parlar tronco gl' impone:
Vattene al campo, e la battaglia fella
Nunzia a colui, ch' è di Gesù campione.
Quinci alcun non aspetta, e monta in sella;
E fa condursi innanzi il suo prigione.
Esce fuor de la terra, e per lo colle
In corso vien precipitoso, e folle.

57

Dà fiato in tanto al corno, e n' esce il suono
Che d' ogn' intorno orribile s' intende;
E 'n guisa pur di strepitoso tuono
Gli orecchi, e 'l cor de gli ascoltanti offende.
Già i Principi Cristiani accolti sono
Ne la tenda maggior de l' altre tende:
Qui fe' l' araldo sue disfide, e incluse
Tancredi pria, nè però gli altri escluse.

58

Goffredo intorno gli occhi gravi, e tardi
Volge con mente allor dubbia, e sospesa:
Nè perchè molto pensi, e molto guardi,
Atto gli s' offre alcuno a tanta impresa.
Vi manca il fior de' suoi guerrier gagliardi:
Di Tancredi non s' è novella intesa;
E lunge è Boemondo; ed ito è in bando
L' invitto Eroe, ch' uccise il fier Gernando

55

Non secus ac taurus, stimulis qui agitatus amoris
In furias, ignemque ruens mugitibus auras
Terrificis late complet, sonituque minaci
Commovet ardentes animos, et suscitat iras,
Arboribusque acuit pugnacia cornua saepe;
Ictibus et cassis vocat in certamina ventos;
Spargit humum pedibus; mugitibus ore lacessit
Absentem hostem, et cornu ardet decernere pugnam.

56

Talibus incensus furiis mandata ministro,
Ira praepediente sonos, dedit ore minaci:
Castra petas, ait, atque virum ad certamen acerbum
Compellas fac, qui Christi pro nomine pugnat.
Armiger extemplo sonipem conscendit in armis,
Et sibi captivum praecedere cogit inermem.
Erumpit praeceps portis, perque ardua collis
Quadrupedem cursu facilem calcaribus urget.

57

Dat sonitum tuba terribilem procul aere canoro,
Terrificisque ciet circum clangoribus auras;
Qualis ubi aethereo tonitrus delapsus ab axe;
Concutit aures, et mortalia pectora terret
Christiadum interea procerum delecta juventus
Principis augusto ornarat tentoria caetu.
Nuncius exposuit coram mandata fidelis;
Nomine Tancredum in primis, aliosque vocavit.

58

Huc, illuc oculos volvit tardosque. gravesque
Gothofredus, dubiusque manet, quem seligat, usque
Namque volutanti secum, circumque tuenti
Nullus adhuc ad onus tantum se congruus offert.
Lecta juventa deest campi, lectique virorum.
Tancredi jam fata latent, sortisque futurae;
Illustris Boemundus abest; profugusque Rinaldus
Exul aberrat, Gernandum qui misit ad orcum.

59

Ed oltre i diece che fur tratti a sorte;
I migliori del campo, e i più famosi
Seguir' d' Armida le fallaci scorte,
Sotto il silenzio de la notte ascosi.
Gli altri di mano, e d' animo men forte
Taciti se ne stanno, e vergognosi;
Nè v' è chi cerchi in sì gran rischio onore;
Che vinta la vergogna è dal timore.

60

Al silenzio, a l' aspetto, ad ogni segno
Di lor temenza il Capitan s' accorse;
E tutto pien di generoso sdegno
Dal loco, ove sedea, repente sorse,
E disse: Ah ben sarei di vita indegno,
Se la vita negassi or porre in forse,
Lasciando, ch' un Pagan così vilmente
Calpestasse l' onor di nostra gente.

61

Sieda in pace il mio Campo, e da sicura
Parte miri ozioso il mio periglio.
Su su, datemi l' arme: e l' armatura
Gli fu recata in un girar di ciglio.
Ma il buon Raimondo, ch' in età matura
Parimente maturo avea il consiglio,
E verdi ancor le forze a par di quanti
Erano quivi, allor si trasse avanti.

62

E disse a lui rivolto: Ah non fia vero,
Ch' in un capo s' arrischi il campo tutto.
Duce sei tu, non semplice Guerriero:
Pubblico fora, e non privato il lutto.
In te la fe s' appoggia, e 'l santo impero;
Per te fia il Regno di Babel distrutto.
Tu il senno sol, lo scettro solo adopra;
Altri ponga l' ardire, e 'l ferro in opra.

59

Insuper et decem delecti sortibus absunt,
Absunt et reliqui, Armidae qui sponte sequuti
Insidiasque, dolosque fugam sub nocte silenti
Cepere, et magno privarunt castra vigore.
Caetera turba virum minus audens pectore, et armis
Tota silet latitans vultus suffusa pudore;
Tangit honos animum tanto in discrimine rerum
Nullius, et terror superat, vincitque pudorem.

60

Dumque silent omnes demissis frontibus aegri,
Gothfredo illorum taciti patuere timores;
Protinus et surgens generoso percitus igne,
Nunc equidem, dixit, non dignus munere vitae
Essem ego, si vellem in tanto discrimine rerum
Parcere vitae, nec caput objectare periclis;
Nec patiar nostrae indignus, vilisque Paganus
Gentis honorem ausit pedibus calcare superbus.

61

In tuto sedeant acies, spectentque pericla;
Unus Ego ferro crimen commune refellam.
Haec ubi dicta dedit, Martis celer arma requirit;
Nec mora, jamque ardens pictis splendebat in armis,
Cum Raymundus, erat cui mens matura senili
Aetate, et cui corpus adhuc validumque, virensque,
Ut par nullus ei ex tantis astantibus illic,
In medium se protulit, et sic ore loquutus.

62

Absit, ut et Gentis res, atque exercitus omnis
Ductoris Summi per magna pericla laboret.
Rex es, non miles; quid si fortuna nocebit?
Europe tum omnis taberet squallida luctu.
In te relligio, imperiumque innititur uno;
Per te lapsa ruunt Plutonia Regna tremenda;
Fas tibi consilium: Tibi fas suprema potestas;
Caetera turba gerat ferrum, subeatque pericla.

63

Ed io, bench' a gir curvo mi condanni
La grave età, non fia che ciò ricusi.
Schivino gli altri i marziali affanni:
Me non vuo' già, che la vecchiezza scusi.
O foss' io pur su 'l mio vigor de gli anni,
Qual sete or voi, che qui temendo chiusi
Vi state, e non vi move ira, o vergogna
Contra lui, che vi sgrida, e vi rampogna.

64

E quale allora fui, quando al cospetto
Di tutta la Germania, a la gran Corte
Del secondo Corrado, apersi il petto
Al feroce Leopoldo, e 'l posi a morte.
E fu d' alto valor più chiaro effetto
Le spoglie riportar d' uom così forte,
Che s' alcuno or fugasse inerme, e solo
Di questa ignobil turba un grande stuolo.

65

Se fosse in me quella virtù, quel sangue,
Di questo altier l' orgoglio avrei già spento.
Ma qualunque io mi sia, non però langue
Il cor in me, nè vecchio anco pavento,
E s' io pur rimarrò nel campo esangue,
Nè il Pagan di vittoria andrà contento.
Armarmi i' vo'; sia questo il dì, che illustri
Con nuovo onor tutti i miei scorsi lustri.

66

Così parla il gran vecchio; e sproni acuti
Son le parole, onde virtù si desta.
Quei, che fur prima timorosi, e muti,
Hanno la lingua or baldanzosa, e presta.
Nè sol non v' è chi la tenzon rifiuti;
Ma ella omai da molti a gara è chiesta.
Baldovin la domanda, e con Ruggiero
Guelfo, i due Guidi, e Stefano, e Gerniero.

63

Et licet aetas, jam pulsis melioribus annis,
Me acclinet, tamen absit pondus tale recusem.
Ipse opus aggrediar: Fugiant incomoda belli,
Quos piget exhaurire labores: Non mihi fas est,
Non animus per canitiem indulgere quieti.
O utinam mihi vernaret nova temporis aetas,
Et validae, ut vobis, essent in corpore vires,
Illius audacis sumpsissem sanguine poenas.

64

O utinam rursus posse tempora lapsa fugaci
Illa redirent, cum Conradi ante ora Secundi
Aufious hac imberbis adhuc ego vulnere dextra
Transfodi Leopoldo pectus, et ense peremi.
En testis Germania facti. Dives, opimis
Ipse viri tanti spoliis ad tecta redivi
Victor, et illa canenda magis victoria multo,
Quam si quis solus turmae hujus pelleret agmen.

65

Si foret illa mihi virtus, florensque juventa,
Jamdudum audenti fregissem cornua ferro,
Qualiscumque tamen sim, nil in pectore virtus
Languet iners, senior quoque nullum nosco timorem;
Et si stratus humi pugnans exanguis abibo,
Non tenui pretio petulans emet ille triumphum.
Arma viri date: Forte novo decorabit honore
Ista dies annos, et longae tempora vitae.

66

Talia voce refert Raymundus, et aemula virtus
His dictis veluti stimulis agitatur acerbis.
Qui prius astabant timidi, coramque silentes,
Tum linguam ardentes ira movere procacem.
Tot proceres inter nullus certamen abhorret,
Quisque sed optatum certatim quaerit honorem.
Poscit Baldovinus, Rogeriusque, duoque
Guidi, Gernerius, Guelphus, Stephanusque rogabant.

67

E Pirro, quel che fe' il lodato inganno,
Dando Antiochia presa a Boemondo;
Ed a prova richiesta anco ne fanno
Eberardo, Ridolfo, e 'l pro Rosmondo,
Un di Scozia, un d'Irlanda, ed un Britanno,
Terre, che parte il mar dal nostro mondo;
E ne son parimente anco bramosi
Gildippe, ed Odoardo amanti, e sposi.

68

Ma sovra tutti gli altri il fiero vecchio
Se ne dimostra cupido, ed ardente.
Armato è già, sol manca a l' apparecchio
De gli altri arnesi il fino elmo lucente.
A cui dice Goffredo: O vivo specchio
Del valor prisco, in te la nostra gente
Miri, e virtù n' apprenda: in te di Marte
Splende l' onor, la disciplina, e l' arte,

69

Oh pur avessi fra l' etate acerba
Diece altri di valore al tuo simile,
Come ardirei vincer Babel superba,
E la Croce spiegar da Battro a Tile.
Ma cedi or, prego, e te medesmo serba
A maggior' opre, e di virtù senile:
E lascia, che de gli altri in picciol vaso
Pongansi i nomi, e sia giudice il caso:

70

Anzi giudice Dio, de le cui voglie
Ministra, e serva è la Fortuna, e 'l Fato.
Ma non però dal suo pensier si toglie
Raimondo, e vuol anch' egli esser notato.
Ne l' elmo suo Goffredo i brevi accoglie,
E poi che l' ebbe scosso, ed agitato,
Nel primo breve, che di là traesse,
Del Conte di Tolosa il nome lesse.

67

Postulat et Pirrus, qui insigni fraude receptam
Antiochi quondam Boemundo tradidit urbem;
Poscit Eberardus pugnam, pariterque Ridulphus,
Rosmondusque pius, genuit quos Scotia, Thule,
Quaeque sub axe jacet nimbosa Britannia dives,
Quas mare tellures nostro sejungit ab orbe.
Gildippes, pariterque Odoardus poscit honorem,
Urit amor dulcis quos, dum connubia servant.

68

Ante alios tamen haud fractus Raymundus ab aevo
Ardet adire locum communia vota refellens.
Jamque armatus adest, solummodo Martia cassis
Deficit aere rigens; Jam fulget in arma superbus.
Tum vero Gothfredus ait: Virtutis avitae
O magnum exemplar! Videat te nostra juventus,
Ediscatque sequi vestigia clara parentum.
In te Martis honos; in te Bellona refulget.

69

O utinam bis quinque alios in flore juventae
Sed virtute pares tibi Gallica castra tenerent!
Auderem tenebrarum evertere regna tyranni,
Et vexilla Crucis totum explanare per orbem.
Parce, precor, modo, temetque ad meliora reserva
Compensans animo membrorum damna sagaci.
Nomina, da veniam, parva ut claudantur in urna,
Sortibus et judex dirimat discrimina fatum.

70

Quin judex Deus ipse poli moderator, et orbis,
Cui parent fortuna, et ineluctabile fatum.
At Raymundo immota manet sententia mente,
Accipiatque suum quoque nomen postulat urna.
Ærca Gothfredi suscepit cassida sortes,
Et postquam commota diu, atque excussa per illum
Ante oculos fuerit, tandem ducente Tonante
Tolosae Comitis trahitur de casside nomen.

71.

Fu il nome suo con lieto grido accolto :
Nè di biasmar le forte alcun ardisce.
Ei di fresco vigor la fronte , e 'l volto
Riempie , e così allor ringiovenisce ,
Qual serpe fier , ch' in nove spoglie avvolto
D' oro fiammeggi , e' incontra il sol si lisce.
Ma più d' ogni altro il Capitan gli applaude,
E gli annunzia vittoria , e gli dà laude.

72.

E la spada toglìendosi dal fianco ,
E porgendola a lui , così dicea ,
Questa è la spada , che 'n battaglia il Franco
Rubello di Sassonia oprar solea ;
Ch' io già gli tolsi a forza , e gli tolsi anco
La vita allor di mille colpe rea.
Questa , che meco ognor fu vincitrice ,
Prendi ; e sia così teco ora felice.

73.

Di loro indugio intanto è quell' altero
Impaziente ; e gli minaccia , e grida :
O gente invitta , o popolo guerriero
D' Europa , un uomo solo è , che vi sfida.
Venga Tancredi omai , che par sì fero ,
Se nella sua virtù tanto si fida ;
O vuol giacendo in piume aspettar forse
La notte , ch' altre volte a lui soccorse ?

74

Venga altri , s' egli teme , a stuolo a stuolo
Venite insieme , o cavalieri , o fanti ;
Poichè di pugnar meco a solo a solo
Non v' è tra mille schiere uom , che si vanti.
Vedete là il Sepolcro , ove il Figliuolo
Di Maria giacque , or che non gite avanti ?
Che non sciogliete i voti ? ecco la strada.
A qual serbate uopo maggior la spada ?

71

Exceptum nomenque fuit clamore secundo,
Ausus fortunam adversam incusare nec ullus.
Illa nova veluti plenam virtute superbam
Extollit frontem; redeuntque in corpore vires:
Qualis vere novo sub sole recentibus anguis
Indutus spoliis micat auro, et terga volutat.
Sed Dux in primis laetos attollero plausus
Voce studet, portenditque illi laude triumphum.

72

Tunc humeris proprium Ductor simul exuit ensem,
Porrexitque illi has fundens de pectore voces:
Accipe, quem bello quondam gestare solebat
Saxoniae Gallus, cum duceret arma, rebellis,
Quemque egomet manibus rapui, multoque scelestam
Crimine dirupi vitam, et sub tartara misi,
Ensem, quo toties evasi victor, eodem
Utere; sit felix jam nunc, referatque triumphum.

73

Temporis interea impatiens fremit ille superbus
Atque minis Gallos petulanti voce lacessit.
Heu genus Europae, genus insuperabile bello,
Provocat ad pugnam miles vos unicus omnes.
Tancredus veniat, vinci qui nescius esse
Censetur, pateatque sua in certamine virtus;
Forsitan expectat thalamo revolutus inerti,
Ut semel, atque iterum tenebris nox adjuvet illum?

74

Si pavet ille metu, veniant velut agmine facto
Vestri equites, peditesque viri simul, undique turmae;
Nullus enim, mecum qui decertare seorsum
Audeat, e vobis de tot modo millibus, extat.
En urbs; En tumulus, quo virginis inclyta proles
Accubuit; Cur celsam non ascenditis arcem?
Plana via est: cur non properatis solvere vota?
Servatis ferrum in meliores forsitan usus?

75

Con tali scherni il Saracino atroce
Quasi con dura sferza altrui percote.
Ma più ch' altri Raimondo a quella voce
S' accende, e l' onte sofferir non puote.
La virtù stimolata è più feroce,
E s'aguzza de l' ira a l' aspra cote,
Sì che tronca gl' indugi, e preme il dorso
Del suo Aquilino, a cui diè 'l nome il corso.

76

Su 'l Tago il destrier nacque, ove talora
L' avida madre del guerriero armento,
Quando l' alma stagion, che n' innamora,
Nel cor l' instiga il natural talento,
Volta l' aperta bocca incontra l' ora,
Raccoglie i semi del fecondo vento,
E da' tepidi fiati (o meraviglia!)
Cupidamente ella concepe, e figlia.

77

E ben questo Aquilin nato diresti
Di qual' aura del ciel più lieve spiri;
O se veloce sì, ch' orma non resti,
Stendere il corso per l' arena il miri;
O se 'l vedi addoppiar leggieri, e presti
A destra, ed a sinistra angusti giri.
Sovra tal corridore il Conte assiso,
Move a l' assalto, e volge al cielo il viso.

78

Signor, tu, che drizzasti incontra l' empio
Golia l'armi inesperte in Terebinto;
Sì ch' ei ne fu, che d' Israel fea scempio,
Al primo sasso d' un garzone estinto,
Tu fa, ch'or giaccia (e fia pari l' esempio)
Questo fellon da me percosso, e vinto,
E debil vecchio or la superbia opprima,
Come debil fanciul l' oppresse in prima.

75

Talibus illudit probris Circassus acerbis
Agmina Christiadum, et stimulis quasi corda fatigat.
Ante alios vero fertur Raymundus in iras,
Qui maledicta nequit patienter ferre superba.
Acrius insanit virtus stimulata veneno,
Et se se quasi cote novata exasperat irae;
Ergo moras rumpens Aquilinum calce fatigat;
Sic sonipes dictus, sortitus nomina cursu.

76

Ad Tagum genuit sonipem Lusitania tellus,
Saepe ubi gignendi Mavortia mater equorum
Igne flagrans, blando tepidi cum tempore veris
Alma Venus lascivo inflammat amore medullas,
Auras ore capit patulo, cum semina venti
Flamine per coelum fundunt faecunda profundum.
Spiritus intus alit, foecundaque viscera turgent,
Atque gravis partu, mirum! dat tempora prolem.

77

Hunc Aquilinum si per arenas carpere cursum
Aspicis, ungula non ipsas obsignat arenas;
Si modo contortum cernis cervice rotata
Conficere angustos revolutis orbibus orbes,
Ex aura certe, cunctis quae convolat euris
Ocyor, exortum genitrice fuisse putares.
Hoc devectus equo Raymundus tendit in hostem,
Sed tales prius effudit de pectore voces.

78

Summe Pater, cujus therebinti in valle gigantem
Pastor inexpertus jam funda ope perculit olim,
Unde ruit pueri confossus tempora saxo
Nuper Idumeos qui funere straverat agros;
Exemplum renova, precor, et nunc perfidus iste
Concidat in terram tranfossus cuspide pectus.
Sic modo fracta cadat senis ense superbia, sicut
Victus Idumeo jacuit Pastore Goliath.

79

Così pregava il Conte: e le preghiere
Mosse dalla speranza in Dio secura,
S' alzar' volando a le celesti spere,
Come va foco al Ciel per sua natura.
L' accolse il Padre eterno, e fra le schiere
De l' esercito suo tolse a la cura
Un che 'l difenda, e sano, e vincitore
Da la man di quell' empio il tragga fuore.

80

L' Angelo, che fu già custode eletto
Da l' alta provvidenza al buon Raimondo,
Insin dal primo dì, che pargoletto
Sen venne a farsi peregrin del mondo;
Or che di nuovo il Re del ciel gli ha detto,
Che prenda in se de la difesa il pondo,
Ne l' alta rocca ascende. ove de l' oste
Divina tutte son l' armi riposte.

81

Qui l' asta si conserva, onde il Serpente
Percosso giacque, e i gran fulminei strali:
E quelli, che invisibili a la gente
Portan l' orride pesti, e gli altri mali:
E qui sospeso è in alto il gran tridente,
Primo terror de' miseri mortali,
Quando egli avvien, che i fondamenti scota
De l' ampia terra, e le città percota.

82

Si vedea fiammeggiar fra gli altri arnesi
Scudo di lucidissimo diamante,
Grande, che può coprir genti, e paesi,
Quanti ve n' ha fra 'l Caucaso, e l' Atlante:
E sogliono da questo esser difesi
Principi giusti, e città caste, e sante.
Questo l' Angelo prende, e vien con esso
Occultamente al suo Raimondo appresso.

79

Talibus orabat dictis Raymundus, et illa
Numine coelorum certa spe innixa Supremo
Aera per vacuum ad coelestia tecta volarunt,
Surgere sydereum per se, ut solet, ignis ad axem.
Audiit omnipotens magni dominator Olympi,
Aligerumque vocans de sede nitentibus alis
Imperat, incolumem servet de caede pagani
Heroem, redeatque revinctus tempora lauro.

80

Angelus ille vigil, sub quo custode reliquit
Provida mens coeli Summi Rectoris, et orbis
Insignem pietate virum, quo haud justior alter,
Ut primum gravidae est cretus genitricis in alvo,
Numinis aeterni nova nunc mandata capessens,
Ut dextra defensum equitem tueatur ab hoste,
Sideream Coeli Summi conscendit in arcem,
Saeva ubi divini servantur tela furoris.

81

Illic hasta tremens servatur sedulo, quondam
Qua jacuit stygius perculsus vulnere serpens.
Ignea stant pariter non visa ibi tela Tonantis,
Quae mala, quae pestes portant mortalibus aegris.
Hasta tricuspis adest loris ad limina pendens,
Quae replet in primis mortalia corda pavore,
Cum de sede ruens quassat fundamina terrae
Spernentis Superos, sontes et devorat urbes.

82

Ponderis immensi scutum ex adamante tot inter
Arma coruscabat tam magnae molis, ut amplas
Obtegeret terras, et quotquot continet urbes
Solis ab ortu terra ad Titan usque cadentem,
Hoc clypeo Regesque pii, populique fideles
Defensi effugiunt majora pericula belli,
Hoc Ales validos onerans umbone lacertos
Advolat, et non visus adest miscentibus arma.

83

Piene intanto le mura eran già tutte
Di varia turba: e il barbaro Tiranno
Manda Clorinda, e molte genti instrutte.
Che ferme a mezzo il colle oltre non vanno.
Da l' altro lato in ordine ridutte
Alcune schiere de' Cristiani stanno:
E largamente a due campioni il campo
Voto riman fra l' uno, e l' altro campo.

84

Mirava Argante, e non vedea Tancredi;
Ma d' ignoto campion sembianze nove.
Fecesi il Conte innanzi, e quel, che chiedi,
È, disse a lui, per tua ventura altrove,
Non superbir però, che me qui vedi
Apparecchiato a riprovar tue prove:
Ch' io di lui posso sostener la vece,
O venir come terzo a me qui lece.

85

Ne sorride il superbo, e gli risponde:
Che fa dunque Tancredi, e dove stassi?
Minaccia il ciel con l' arme, e poi s' asconde,
Fidando sol ne' suoi fugaci passi?
Ma fugga pur nel centro, e 'n mezzo l' onde,
Che non fia loco, ove sicuro il lassi.
Menti, replica, l' altro, a dir, ch' uom tale
Fuggi da te, ch' assai di te più vale.

86

Freme il Circasso irato, e dice: Or prendi
Dal campo tu, ch' in vece sua t' accetto:
E tosto e' si parrà, come difendi
L' alta follia del temerario detto.
Così mossero in giostra, e i colpi orrendi
Parimente drizzaro ambi a l'elmetto
E 'l buon Raimondo, ove mirò, scontrollo;
Nè dar gli fece ne l' arcion pur crollo.

83

Cinxerat interea muros jam turba corona ,
Stant alii pugnam visuri in turribus altis.
Jam portis Clorinda sequens mandata tyranni
Extulerat se se lecta stipata phalange ,
Et medium collem haud ultra progressa tenebat.
Parte alia stat Christiadum delecta juventus
Ordine certo instructa armis , mediusque patebat
Arma viros inter miscentes aequore campus.

84

Haerebant Arganti infixi pectore vultus
Tancredi , ignotique viri tamen ora videbat.
Ulterius se fert Comes, et sic ore loquutus :
Sorte tua , quem quaeris , abest , fortissime miles,
Si me iterum tentare tuas certamine vires
Forte paratum cernis, ne tua corda tumescant;
Namque vices datur absentis supplere potestas,
Vel mihi fas ut tertius hoc certamen inire.

85

Turgida corda gerens Argas subrisit, et inquit :
Quid Tancredus agit ? vel quae loca tuta requirit?
Percutit ense polum , dein se se condit in antro
Confisus pedibus, fugiensque ut cerva molossos.
At fugiat , quocumque velit, petat ima profundi
Aequoris , haud nostris evadet inultus ab iris.
Falleris (haec contra ille) metum si noscere credis
Praestantem, tantumque virum, quo haud fortior alter.

86

Infremit iratus super his Circassus , et inquit :
Non renuo ut subeas Martemque, locumque , vicesque;
Quam male defendas temeraria dicta , repente
Marte sub ancipiti victum te gesta docebunt.
Haec ubi dicta , ineunt cursu certamen , et hastis
Concurrunt. Ad cassida direxere trementes
Ambo hastas ; Raymundi , quo sua spicula torsit,
Fraxinus advenit , sed equo ille immobilis haesit.

87

Da l' altra parte il fero Argante corse
(Fallo insolito a lui) l' arringo in vano :
Che 'l difensor celeste il colpo torse
Dal custodito Cavalier Cristiano.
Le labbra il crudo per furor si morse ,
E ruppe l' asta bestemmiando al piano ,
Poi tragge 'l ferro , e va contra Raimondo
Impetuoso al paragon secondo.

88

E 'l possente corsiero urta per dritto ,
Quasi monton , ch' al cozzo il capo abbassa.
Schiva Raimondo l' urto , al lato dritto
Piegando il corso , e 'l fere in fronte , e passa.
Torna di nuovo il Cavalier d' Egitto ,
Ma quegli pur di novo a destra il lassa ;
E pur su l' elmo il coglie , e 'ndarno sempre ;
Che l' elmo adamantine avea le tempre.

89

Ma 'l feroce Pagan , che seco vuole
Più stretta zuffa , a lui s' avventa , e serra.
L' altro , ch' al peso di sì vasta mole
Teme d' andar col suo destriero a terra ,
Qui cede , ed indi assale e par , che vole ,
Intorniando con girevol guerra :
E i lievi imperj il rapido cavallo
Segue del freno , e non pone orma in fallo.

90

Qual Capitan , ch' oppugni eccelsa torre
Infra paludi posta , o in alto monte ,
Mille aditi ritenta , e tutte scorre
L' arti , e le vie ; cotal s' aggira il Conte :
E poiche non può scaglia a l' arme torre ,
Ch' armano il petto , e la superba fronte ;
Fere i men forti arnesi , ed a la spada
Cerca tra ferro , e ferro aprir la strada ;

87

Parte alia validis hastam contorsit et Argas,
Viribus : Illa volans (nova res) per inane cucurrit;
Namque vigil custos iotum detorsit in auras,
Nec passus defensum equitem ullo vulnere laedi.
Efferus ira ardens tunc ora furore momordit,
Blasphemans contra terram confregit et hastam.
Arripit inde manu ferrum, et consurgit in hostem.
Altera bella probat perstringens corpora ferro.

88

Urget equum contra Circassus tramite recto,
Ut se se caper acer in hyrcum cornibus infert.
Ad dextram sonipem Raymundus flectit, et ictum
Effugit, at ferro ferit hostem in vertice euntem;
Torquet equum rediens Argas feriturus in hostem;
Effugit occursum rursus Raymundus habenis,
Et redeuntem iterum ferit illum in casside frustra;
Arganti nam cassis erat solidissima ferro.

89

Sed glomerare manus cupiens, propiusque coire
Circassus Martem invadit, pugnamque lacessit;
Ast alter metuens ne ingenti pondere pressus
Tantae molis humi sternatur, saepe recedit,
Et dicto citius petit hostem cuspide saevo,
Convolat ille gerens circum glomeramina cursu;
Obsequitur sonipesque celer mandata magistri,
Laxaque frena sequens pede nullo offendit in orbes.

90

Non secus ac celsam oppugnat qui in montibus arcem,
Sive lacu in medio constructam, aditusque, viasque
Pertentat cunctas, omnesque exercet et artes;
Huc, illucque ferens se se sic Gallicus heros.
Ast ubi non datur ullam armis perfringere squamam,
Unde teguntur Circassi pectusque, caputque,
Ad loca, quae magis apta videntur, dirigit ensem,
Et nexus, quibus arma ligantur, frangere tentat.

91
Ed in due parti, o tre forate, e fatte
L' arme nemiche ha già tepide, e rosse:
Ed egli ancor le sue conserva intatte,
Nè di cimier, nè d' un sol fregio scosse.
Argante indarno arrabbia: a voto batte,
E spande senza pro l' ire, e le posse.
Non si stanca però; ma raddoppiando
Va tagli, e punte, e si rinforza errando.

92
Al fin tra mille colpi il Saracino
Cala un fendente, e 'l Conte è così presso,
Che forse il velocissimo Aquilino
Non sottraggeasi, e rimaneane oppresso;
Ma l' ajuto invisibile vicino
Non mancò lui di quel superno messo,
Che stese il braccio, e tolse il ferro crudo
Sovra il diamante del celeste scudo.

93
Frangesi il ferro allor (che non resiste
Di fucina mortal tempra terrena
Ad armi incorruttibili, ed immiste
Di eterno fabbro) e cade in su l' arena.
Il Circasso, ch' andarne a terra ha visto
Minutissime parti, il crede a pena.
Stupisce poi, scorta la mano inerme,
Ch' arme il campion nemico abbia sì ferme,

94
E ben rotta la spada aver si crede
Su l' altro scudo, ond' è colui difeso:
E 'l buon Raimondo ha la medesma fede,
Che non sa già, chi sia dal ciel disceso.
Ma però ch' egli disarmata vede
La man nemica, si riman sospeso:
Che stima ignobil palma, e vili spoglie
Quelle, ch' altrui con tal vantaggio uom toglie.

91

Jamque rubescebant hosti terebrata per ensem
Arma cruore via duplici, triplicive fluente;
Ipse suas tamen intactas sine vulnere vestes
Servat adhuc: nulla exciderat de casside pluma:
Infremit incassum Argas indignatus, et auras
Verberat, et vires amens effundit inanes;
Attamen ingeminat vires, et cuspide ferrum,
Atque acie rotat, et frustra sua membra fatigat.

92

Tot, tantosque inter tandem diverberat ictum,
Dum suberat Comes, et nulla evitare potestas,
Ut stratus forsan jacuisset Gallicus heros,
Et velox Aquilinus sortem adiisset eamdem,
Ni coeli Princeps alta demissus ab arce
Numine servasset, dextra columenque fuisset;
Vulnus enim clypeum super aethereum ille recepit,
Hinc illaesus eques, vulnusque evasit inane.

93

Frangitur ad clypeum coelestem perfidus ensis,
(Namque nequit ferrum mortali incude peractum
Arma recocta poli summi igne resistere contra)
Decidit idcirco in fulvas confractus arenas,
Dextraque fida sibi mucrone remansit inermis.
Ut Circassus humi dissulta in fragmina ferrum
Conspexit (nec res habitura fidem) stupet amens,
Quod hostis sit tam validis circumdatus armis.

94

Nescius auxilii Superum putat aegide fractum,
Qua Raymundus erat tectus de Pallade ferrum.
Ipse Comes nescit quis sit demissus ab alto,
Ad clypeumque suum putat ensem in frusta volasse.
Ast ubi Christi heros inimicum vidit inermem,
Sistit in ancipiti, an liceat complere triumphum,
Nam putat esse nefas, seu vile referre trophaeum,
Quod tali ratione refertur ab hoste subacto.

95

Prendi, volea già dirgli, un' altra spada:
Quando nuovo pensier nacque nel core;
Ch' alto scorno è de' suoi, dove egli cada,
Che di pubblica causa è difensore.
Così nè indegna a lui vittoria aggrada;
Nè in dubbio vuol porre il comune onore.
Mentre egli dubbio stassi, Argante lancia
Il pomo, e l' else a la nemica guancia:

96

E in quel tempo medesmo il destrier punge,
E per venire a lotta oltra si caccia.
La percossa lanciata a l' elmo giunge,
Sì che ne pesta al Tolosan la faccia.
Ma però nulla ei sbigottisce, e lunge
Ratto si svia da le robuste braccia;
Ed impiaga la man, ch' a dar di piglio
Venia più fera, che ferino artiglio.

97

Poscia gira da questa a quella parte,
E rigirasi a questa, indi a quella:
E sempre, e quando riede, e quando parte,
Fere il Pagan d' aspra percossa, e fella.
Quanto avea di vigor, quanto avea d' arte,
Quanto può sdegno antico, ira novella,
A danno del Circasso or tutto aduna,
E seco il ciel congiura, e la fortuna.

98

Quel di fine arme, e di se stesso armato
A i gran colpi resiste, e nulla pave:
E par senza governo in mar turbato,
Rotte le vele, ed antenne, eccelsa nave;
Che pur contesto avendo ogni suo lato
Tenacemente di robusta trave,
Sdrusciti i fianchi al tempestoso flutto
Non mostra ancor, nè si dispera in tutto.

95

Jamque dabat veniam, ut raperet nova spicula dextra,
Cum subito nova surrexit sententia menti,
Marte sub adverso se se fore dedecus altum
Et genti, et turmis, nam causae pubblicus actor;
Haec inter, non digua viro victoria forti
Arridet sibi, nec per summa pericula honorem
Communem placet infidae committere sorti,
Barbarus ancipiti capulum contorsit in ora.

96

Quadrupedemque simul totis calcaribus urget,
Aggrediensque hostem tentat pugnare lacertis.
Ad galeam capulus jactatus robore summo
Pervenit Raymundi, et tudit vulnere frontem.
Attamen accepto nil ictu exterritus heros
Illico se expedit e manibus, refugitque lacertos,
Et fugiens ferit ense manum, quae prompta volabat
Ad praedam, sicut ore vorax solet unguibus ales.

97

Inde per immensos sinuare volumina gyros
Arte studet, curatque hostem prosternere ferro.
Sive loco excedit, seu migrat, sive recedit
Vulnere Circassum semper perstringit acerbo.
Quid virtutis erat, seu quid simul artis habebat,
Quid valeat rabies nova, sive quid ira vetusta
Tunc Argantis in exitium collegit in unum.
Conspirant secum Superi, et fortuna secundat.

98

Fortibus ast armis alter munitus ahenis
Sustinet incursus, et inexpugnabilis obstat;
Qualis in indomito jactatur pinea moles
Gurgite, praeruptis velis, remisque, procella,
Atque gubernaclum fuerit cui forte revulsum,
Necdum praebet aquis latera ira excussa procellae,
Nec rabidas pelagi timet imperterrita syrtes,
Namque trabes validae costas compagine nexant.

99
Argante, il tuo periglio allor tal era,
Quando ajutarti Belzebù dispose.
Questi di cava nube ombra leggiera
(Mirabil mostro) in forma d' uom compose:
E la sembianza di Clorinda altera
Gli finse, e l'arme ricche, e luminose:
Diegli il parlare, e senza mente il noto
Suon de la voce, e 'l portamento, e 'l moto.

100
Il simulacro ad Oradino esperto
Sagittario famoso andonne, e disse:
O famoso Oradin, ch' a segno certo,
Come a te piace, le quadrella affisse;
Ah gran danno saria, s' uom di tal merto,
Difensor di Giudea, così morisse;
E di sue spoglie il suo nemico adorno
Sicuro ne facesse a' suoi ritorno.

101
Qui fa prova de l' arte, e le saette
Tingi nel sangue del ladron Francese:
Ch' oltra il perpetuo onor, vuo' che n' aspette
Premio al gran fatto egual dal Re cortese.
Così parlò, nè quegli in dubbio stette,
Tosto che 'l suon de le promesse intese.
Da la grave faretra un quadrel prende,
E su l'arco l' adatta, e l' arco tende.

102
Sibila il teso nervo, e fuori spinto
Vola il pennuto stral per l' aria, e stride:
Ed a percuoter va, dove del cinto
Si congiungon le fibbie, e le divide:
Passa l' usbergo, e in sangue appena tinto
Quivi si ferma, e sol la pelle incide:
Che 'l celeste guerrier soffrir non volse,
Ch' oltra passasse, e forza al colpo tolse.

99

Illa dies tibi forte, Argas, extrema fuisset;
Auxilio tibi ni Satanas venisset amicus.
Hic de nube cava spectrum glomeravit inane;
Atque hominis formam Stygia composuit arte
Clorindae paenitus similem, penitusque gerebat
Virginis os, habitumque, simul fulgentia et arma;
Vox hominem sonat; edita sed vox nota per auras
Clorindae vocem penitus referebat eamdem.

100

Larva volans Oradino se se sistit in agro.
Ille peritus erat cornu vibrare sagittas;
Ergo haec; Spicula tu qui non fallentia torques,
Nonne vides generi nostro quae instare pericla?
Heu! quodnam nobis foret irreparabile damnum,
Si vir Idumeae columen virtutis obiret,
Exuviisque suis jam victor onustus opimis
Fronde triumphali cinctus remearet inultus?

101

Hic opus arte tua, et nervo stridente sagittas
Imbre cruento Galli jam jam tinge latronis;
Namque tibi decus, et laeti celebremus honorem,
Magnanimusque tuis meritis Rex proemia reddet.
Dixerat; et doni magna spe allectus amore
Nil haesit dubius parere, jubente Clorinda,
Deque sagittifera prompsit telum ille pharetra,
Et calamo imposito contorquet viribus arcum.

102

Sibilat intortus nervus, ferrumque tremiscit;
Pulsa sagitta volat, tenues striditque per auras;
Pervenit aeratas ubi fibula plurima vestes
Subnectit lateri, nodosaque vincula rumpit.
Nexilis emissa penetratur arundine thorax,
Quae tamen ad pellem stat vix madefacta cruore;
Illa etenim non est passus pervaderet ultra
Ales ab arce poli missus, vimque abstulit acri.

107

Ma duro ad impedir viengli il sentiero,
E fero intoppo, acciò che 'l corso ei tardi:
Si trova incontra Ormanno, e con Ruggiero
Di Balnavilla, un Guido, e duo Gherardi.
Non cessa, non s' allenta, anzi è più fero,
Quanto ristretto è più da que' gagliardi:
Sì come a forza da rinchiuso loco
Se n' esce, e move alte ruine il foco.

108

Uccide Ormanno, piaga Guido, atterra
Ruggiero in fra gli estinti egro, e languente.
Ma contra lui crescon le turbe, e 'l serra
D' uomini, e d' arme cerchio aspro, e pungente,
Mentre in virtù di lui pari la guerra
Si mantenea fra l' una, e l' altra gente;
Il buon Duce Buglion chiama il fratello,
Ed a lui dice: Or movi il tuo drappello,

109

E là dove battaglia è più mortale,
Vattene ad investir nel lato manco.
Quegli si mosse, e fu lo scontro tale,
Ond' egli urtò de gli avversarj il fianco;
Che parve il popol d' Asia imbelle, e frale,
Nè potè sostener l' impeto Franco:
Che gli ordini disperde, e co' destrieri
L' insegne abbatte, e insieme i Cavalieri.

110

Da l' impeto medesmo in fuga è volto
Il destro corno, e non v' è alcun, che faccia,
Fuor ch' Argante, difesa: a freno sciolto
Così il timor precipiti gli caccia.
Egli sol ferma il passo, e mostra il volto:
Nè chi con mani cento, e cento braccia
Cinquanta scudi insieme, ed altrettante
Spade movesse, or più faria d' Argante.

107

Durus obex verum se fert., cursumque furenti
Detinet ; occurrunt Arganti Hormannus , et acer
Ruggerius Balnavillae , Guidusque , Gerardique
Ambo avidi de rupto foedere sumere poenas.
Acrius ille furit demens , geminatque furorem ,
Quo magis urgetur validis , multisque inimicis,
Æstuat ut clausis rapidus fornacibus ignis ,
Carcere praerupto erumpitque , trahitque ruinam.

108

Sternit humi Hormandum; Guelphum acri vulnere laedit;
Rogerium extinctos inter prosternit arena.
Accrescunt turbae contra torrentis ad instar ,
Et densis Circassus circumfunditur armis.
Dum fervebat adhuc pari ratione phalanges
Inter utrasque per illum unum certamen acerbum ,
Gothfredus fratri jussit tum tempore nacto
Mox ut in arma suum Martis deduceret agmen.

109

Rumpe moras , dixit, pete laevam , ubi praelia fervent,
Et certamen atrox multo cum sanguine surgit.
Ductor in adversos tulit agmen Gallicus hostes ,
Impellitque latus germani jussa facessens.
Tum vero Gallorum adeo fuit impetus ingens ,
Ut vim gens Asiae imbellis non quiverit armis
Ferre ; igitur dispersae acies , disceptaque signa ,
Nec non eversi sonipes , equitesque ruerunt.

110

Dextrum impulsu cornu propulsatur eodem ,
Nec quisquam instantes Gallos , lethumque ferentes
Sustentare valet , praeterquam strenuus Argas;
Praecipites fugiunt alta formidine capti ;
Ille velut pelagi rupes immota resistit ;
Brachia si centum illi essent , totidemque lacersi ,
Si clypeos lateri , si quinquaginta rotaret
Enses , nequaquam poterat majora subire,

111

Ei gli stocchi, e le mazze, egli de l' aste,
E de' corsieri l' impeto sostenta,
E solo par, che 'ncontra tutti baste:
Ed or a questo, ed or a quel s' avventa.
Peste ha le membra, e rotte l' arme, e guaste,
E sudor versa, e sangue, e par nol senta.
Ma così l' urta il popol denso, e 'l preme,
Ch' al fin lo svolge, e seco il porta insieme.

112

Volge il tergo a la forza, ed al furore
Di quel diluvio, che 'l rapisce, e 'l tira.
Ma non già d' uom, che fugga, ha i passi, e 'l core,
S' a l' opre de la mano il cor si mira.
Serbano ancora gli occhi il lor terrore,
E le minacce de la solita ira:
E cerca ritener con ogni prova
La fuggitiva turba, e nulla giova.

113

Non può far quel magnanimo, ch' almeno
Sia lor fuga più tarda, o più raccolta:
Che non ha la paura arte, nè freno,
Nè pregar qui, nè comandar s' ascolta.
Il pio Buglion, ch' i suoi pensier' appieno
Vede fortuna a favorir rivolta;
Segue de la vittoria il lieto corso,
E invia novello a i vincitor' soccorso.

114

E se non che non era il dì, che scritto
Dio ne gli eterni suoi decreti avea:
Quest' era forse il dì, che 'l campo invitto
De le sante fatiche al fin giungea:
Ma la schiera infernal, ch' in quel conflitto
La tirannide sua cader vedea,
Sendole ciò permesso, in un momento
L' aria in nubi ristrinse, e mosse il vento.

111

Mucrones, hastae, clavae, sonipesque petebant
Argantem unum, sed tantam vim sustinet unus,
Atque sibi contra cunctos satis esse videtur,
Vulneribusque licet penitus sit saucius, armaque
Effracta, hos tamen invadit, nunc impetit illos.
Undique distillat sudor cum sanguine mixtus,
Nec tantos sentire labores ille videtur:
Denique turba locum praeceps jam cedere cogit.

112

Diluvii quasi vi raptus dare terga furori
Cogitur, et fato cedens vitare ruinam;
Non movet ille pedes verum fugientis ad instar,
Pectus habet firmum, pectus si facta revelant;
Ut prius assuetum terrorem lumina servant,
Lingua minax servat suetas petulantior iras;
Omnibus ille modis tentat retinere cohortes
Jam fugientes, sed vano molimine tentat.

113

Magnanimusque heros saltem studet illa suorum
Sit fuga tardior, atque magis glomerata per agros;
Namque metus nil artem, nil retinacula noscit,
Nec precibus turmae parent, nec jussa facessunt.
Gothfredus contra vultu ridere sereno
Fortunam satis aspiciens, coeptisque favere,
Prosequitur victor palmam victoribus addens
Suppetiasque novas ex colle, novasque phalanges,

114

Scriptum ni secus aeternis annalibus esset
Per Superum Regem, terris qui cuncta moveri
Dat stabilis, forsan Gallis extrema laborum
Illa dies, saeclisque satis memoranda fuisset.
At Stygiae turmae, umbrarum quae regna tyranni
Marte sub adverso jam jamque labare videbant,
Permittente Deo in nebulas glomerare repente
Circum auras, pluviasque cierunt carcere ventos.

115

Da gli occhi de' mortali un negro velo
Rapisce il giorno, e 'l sole: e par ch' avvampi
Negro via più ch' orror d' inferno il cielo;
Così fiammeggia infra baleni, e lampi.
Fremono i tuoni, e pioggia accolta in gelo
Si versa, e i paschi abbatte, e inonda i campi:
Schianta i rami il gran turbo, e par che crolli
Non pur le quercie, ma le roccie, e i colli.

116

L' acqua in un tempo, il vento, e la tempesta
Ne gli occhi a i Franchi impetuosa fere:
E l' improvvisa violenza arresta
Con un terror quasi fatal le schiere.
La minor parte d' esse accolta resta
(Che veder non le puote) a le bandiere.
Ma Clorinda, che quindi alquanto è lunge,
Prende opportuno il tempo, e 'l destrier punge.

117

Ella gridava a i suoi: Per noi combatte,
Compagni il cielo, e la giustizia aita,
Da l' ira sua le faccie nostre intatte
Sono, e non è la destra indi impedita;
E ne la fronte solo irato ei batte
De la nemica gente impaurita,
E la scote de l' arme, e de la luce
La priva: andianne pur, che 'l Fato è duce.

118

Così spinge le genti; e ricevendo
Sol ne le spalle l' impeto d' inferno,
Urta i Francesi con assalto orrendo,
E i vani colpi lor si prende a scherno.
Ed in quel tempo Argante anco volgendo
Fa de' vincitori aspro governo:
E quei lasciando il campo, a tutto corso
Volgono al ferro, a le procelle il dorso.

115

Abstulit ex oculis nubes solemque, diemque
Et Stygiis tenebris nigrescunt omnia circum.
Intonuere poli, et crebris micat ignibus aether;
Exiliunt ruptis elisi nubibus ignes :
Personat axe fragor; densos se solvit in imbres
Nimbus, et evertit campos, armentaque raptat;
Turbo vorax quercus radicibus eruit imis,
Et turres strepitu, collesque labare videntur.

116

Atra procella furit ventis, furit imber inundans,
Atque oculos Franchis crebris quatit ictibus; unde
Perculsae quasi fatali terrore cohortes
Et palmae retinent cursum, retinentque furorem;
Pars minor ipsarum vix agglomerata remansit
Sub signis; etenim nequeunt vexilla videri.
Non procul hinc aberat stipata Clorinda phalange,
Remque, locumque datum nacta dissolvit habenas.

117

Incendit clamore viros, pellitque timorem;
Solvite corde metum, socii, stat Juppiter, inquit,
Pro nobis, et sustinet aequum. En desuper ira
Linquit inoffensos nos, nec pugnare vetatur :
Hostiles facies tantum inclementia fati
Percutit, atque metu pallet perterritus hostis :
Arma ruunt ipsis; nubes caligine lucem
Eripiunt. Mora nulla; secundaque fata sequamur.

118

His animat dictis turmas, Acherontis et iras
A tergo accipiens rursus nova praelia miscet.
Irruit in densos hostes, urgetque, premitque
Irrita deridens fugientum vulnera, eodem
Incensus studio Circassus fertur, et hostem
Victorem hactenus insequitur, vexatque, fugatque.
Undique percussi coguntur linquere campos
Praecipitesque dare et jaculis, et terga procellis.

119

Percotono le spalle ai fuggitivi
L' ire immortali, e le mortali spade,
E 'l sangue corre, e fa commisto ai rivi
De la gran pioggia rosseggiar le strade.
Qui tra 'l vulgo de' morti, e de' mal vivi
È Pirro, e 'l buon Ridolfo estinto cade:
Che toglie a questo il fier Circasso l' alma.
E Clorinda di quello ha nobil palma.

120

Così fuggiano i Franchi, e di lor caccia
Non rimaneano i Siri anco, o i Demoni.
Sol contra l' arme, e contra ogni minaccia.
Di gragnuole, e di turbini, e di tuoni
Volgea Goffredo la sicura faccia,
Rampognando aspramente i suoi Baroni:
E fermo anzi la porta il gran cavallo,
Le genti sparse raccogliea nel vallo.

121

E ben due volte il corridor sospinse
Contra il feroce Argante, e lui ripresse;
Ed altrettante il nudo ferro spinse,
Dove le turbe ostili eran più spesse.
Al fin con gli altri insieme ei si ristrinse
Dentro ai ripari, e la vittoria cesse.
Tornano allora i Saracini; e stanchi
Restan nel vallo, e sbigottiti i Franchi.

122

Nè quivi ancor de l' orride procelle
Ponno a pieno schivar la forza e l' ira;
Ma sono estinte or queste faci, or quelle;
E per tutto entra l' acqua, e 'l vento spira.
Squarcia le tele, e spezza i pali, e svelle.
Le tende intere, e lunge indi e gira.
La pioggia ai gridi, ai venti, al tuon s' accorda
D' orribile armonia, che il mondo assorda.

Fine del Canto Settimo.

119

Interea profugis Superum iuclementia ab alto,
Telaque percutiunt humeros mortalia terris.
It cruor immixtus rivis currentibus imbris,
Ac tellus tepido perfusa cruore rubescit.
Hic inter turbas, prostrataque corpora jacet
Pirrus humi fusus, nec non fortisque Ridulphus:
Huic auras, animamque rapit Circassus acerbam;
De Pirro exultans ducit Clorinda triumphum.

120

Dum proceres Erebi Gallos, coelumque fatigant,
Insuper et Syrii fugientum terga flagellant,
Contra tela poli, nec non hominumve, Deumve
Unus in adversos Dux imperterritus haeret.
Ille velut rupes, vastum quae prodit in aequor
Vim cunctam, atque minas perfert caelique, marisque.
Magno obnixus equo errantes in castra resumit,
Objurgatque suos proceres, pellitque timorem.

121

Quadrupedemque citum bis propulsavit in hostem,
Bisque fuit Circassi audacia fracta per ipsum;
Et totidem ferro rupit per tela per hostes
Agmina densa virum, Mavors ubi saevior ibat.
At postquam turmas in propugnacula traxit,
Successit vallo moerens, cessitque triumphum.
Interea Thraces redeunt jam caede cruenti,
Dum fracti exanimes subeunt tentoria Galli.

122

Saevit adhuc per castra furens infesta procella,
Nec penitus possunt ejus vitare furorem.
Aura faces perimit, pereuntque liquoribus ignes:
Incumbunt venti, seriesque exundat aquarum:
Franguntur pali; scinduntur carbasa, et imo
Vulsa solo volitant circum tentoria in auras;
Tonitruisque poli, pluviisque furentibus austris
It clamor mixtus turbarum. et personat axis.

Finis Libri Septimi.

CANTO
OTTAVO
ARGOMENTO.

Del generoso Dano il caso fiero,
Che correndo a l' onor, corse à l' occaso,
Narra al Duce Goffredo un Cavaliero,
Che sol di tanti Eroi vivo é rimaso.
Quindi il Latino stuol credendo vero
Ciò, ch' immagin fallace ha persuaso,
Piange morto Rinaldo, e sdegno spira:
Ma il Buglion frena 'l moto, e acqueta l' ira.

1

Già cheti erano i tuoni, e le tempeste;
E cessato il soffiar d' Austro, e di Coro:
E l' Alba uscia de la magion celeste
Con la fronte di rose, e co' piè d' oro.
Ma quei, che le procelle avean già deste
Non rimaneansi ancor da l' arti loro:
Anzi l' un d' essi, Ch' Astagorre è detto,
Così parla a la compagna Aletto:

2

Mira, Aletto, venirne, ed (impedito
Esser non può da noi) quel Cavaliero,
Che da le fere mani è vivo uscito
Del sovran difensor del nostro impero.
Questi narrando del suo Duce ardito,
E de' compagni a i Franchi il caso fero,
Paleserà gran cose: onde è periglio,
Che si richiami di Bertoldo il Figlio.

LIBER

OCTAVUS.

ARGUMENTUM.

Missus Eques Gothfredum adiit non laeta reportans.
Ipse Ducis Danorum casum enarrat acerbum,
Qui ruerat nuper violenta caede peremptus,
Auxilio veniens dum Gallica castra petebat.
Ad civilia bella animos incendit Erynnis,
Falsa enarrans de simulata morte Rinaldi:
Tum vero pius heros ductus flamine Sancto
Componit fluctus omnes, et temperat iras.

1

Jamque quiescebant fugatis nubibns aurae,
Turbine pacato Zephirusque, Notusque silebant,
Et rubicunda aurora poli surgebat ab ortu,
Fronte rosas gestans, fulvos pedibusque cothurnos.
At Stygii proceres, pulsarant qui aute procellas,
Corde novas artes iterumqus, iterumque struebant,
Astagor ex his, cui sunt artes mille nocendi,
Advocat Alecto Sociam, et sic fatur amicam.

2

Alecto mea vis, mea sola potentia, cernis,
Quam velox eques ille accedat lapsus ab ira,
E manibusque feris sospes dominantis in orco;
(Nee nobis venientis fas est sistere gressus)
Ille sui Ducis euarrans casumque, ruinamque,
Et caedem a sociis passam, quamplurima pandet;
Unde cavendum, ne profugus revocetur ab oris
Bertholto genitus, quo nullus fortior alter.

3

Sai quanto ciò rilevi, e se conviene
A i gran principj oppor forza, e l inganno.
Scendi tra i Franchi dunque, e ciò, ch'a bene
Colui dirà, tutto rivolgi in danno:
Spargi le fiamme, e 'l tosco entro le vene
Del Latin, de l' Elvezio, e del Britanno;
Movi l' ire, e i tumulti, e fa tal' opra,
Che tutto vada il campo al fin sossopra.

4

L' opra è degna di te: tu nobil vanto
Ten desti già dinanzi al Signor nostro.
Così le parla, e basta ben sol tanto,
Perchè prenda l' impresa il fero mostro.
Giunto è su 'l vallo de' Cristiani intanto
Quel Cavaliero, il cui venir fu mostro;
E disse lor: Deh sia chi m' introduca
Per mercede, o guerrieri, al sommo Duca.

5

Molti scorta gli furo al Capitano,
Vaghi d' udir dal peregrin novelle.
Quegli inchinollo, e l' onorata mano
Volea baciar, che fa tremar Babelle.
Signor, poi dice, che con l' Oceano
Termini la tua fama, e con le stelle,
Venirne a te vorrei più lieto messo.
Quì sospirava, e soggiungeva appresso:

6

Sveno del Re de' Dani unico figlio,
Gloria, e sostegno a la cadente etade,
Esser tra quei bramò, che 'l tuo consiglio
Seguendo han cinto per Gesù le spade:
Nè timor di fatica, o di periglio,
Nè vaghezza del Regno, nè pietade
Del vecchio genitor, sì degno affetto
Intepedir nel generoso petto.

3

Ponderis id quanti sit te non praeterit, atque
Scis num sit fas principis apponere vires.
Gallica castra petas ergo, et quaecumque loquetur.
Ille ad lucrum, fac vertas in damna maligna.
Ure animos flammis, tacitas perfunde venena
Romolidum per venas, Helvetii, atque Britanni.
Per totum succende iras, succende tumultus,
Denique fac, ut res campi evertantur ab imis.

4

Sola vales facinus tantum complere, nec alter;
Teque palam tenuit quondam fiducia rerum.
Sic ait, et noctis Soboles, Ditisque ministra
Magnum opus aggreditur taedis armata repente.
Christiadum interea in vallum jam venerat ille
Nuntius, accessurum quem mostrarat Erynni
Astagor, et Summi Regis tentoria adire
Poscebat supplex votis, precibusque rogabat.

5

Complures illum cupidi cognoscere causas
Deducunt, coramque fuit data copia fandi.
Ille ducem summum magno veneratus honore
Oscula defixit dextrae, quam Acheronta tremiscunt;
Postea demisso ore has fudit pectore voces:
Inclyte Rex, famam qui trans mare tollis, et astra,
O utinam felicior hic tibi nuncius essem!
Sic ait, atque imo suspiria pectore traxit.

6

Post haec, Svenus, ait, Danorum Regia proles,
Unica longaevi jam spes, columenque parentis,
Se comitem vestro optavit sociare labori,
Et tua jussa sequens pro Jesu impellere Martem:
Non labor insanus, non ulla pericula vitae,
Imperii non dira sitis, non sacra parenti
Debita virtutis pietas in pectore flammas
Ardentes juvenis valuere extinguere forti.

7

Lo spingeva un desio d' apprender l' arte
De la milizia faticosa, e dura
Da te, sì nobil mastro; e sentia in parte
Sdegno, e vergogna di sua fama oscura.
Già di Rinaldo il nome in ogni parte
Con gloria udendo in verdi anni matura:
Ma più, ch' altra cagione, il mosse il zelo
Non del terren, ma de l' onor del cielo.

8

Precipitò dunque gl' indugi, e tolse
Stuol di scelti compagni audace, e fero:
E diritto in ver la Tracia il cammin volse
A la città; che sede è de l' impero.
Qui il Greco Augusto in sua magion l' accolse,
Qui poi giunse in tuo nome un messaggiero.
Questi a pien gli narrò, come già presa
Fosse Antiochia, e come poi difesa:

9

Difesa incontra al Perso, il qual con tanti
Uomini armati ad assediarvi mosse,
Che sembrava, che di arme, e d' abitanti
Voto il gran Regno suo rimasto fosse.
Di te gli disse, e poi narrò d' alquanti,
Sin ch' a Rinaldo giunse, e qui fermosse:
Contò l' ardita fuga, e ciò che poi
Fatto di glorioso avea tra voi.

10

Soggiunse al fin, come già il popol Franco
Veniva a dar l' assalto a queste porte;
E invitò lui, ch' egli volesse almanco
De l' ultima vittoria esser consorte.
Questo parlar al giovinetto fianco
Del fero Sveno è stimolo sì forte,
Ch' ognora un lustro pargli infra Pagani
Rotar il ferro, e insanguinar le mani.

7

Discere Martis opus pectus vigil ardor habebat,
Teque docente feras agitare in praelia gentes:
Ira, pudorque animum vexabat saepe dolore,
Omnibus ignotus quod doceret otia Regno.
Fama Rinaldi aures totum bacchata per orbem
Complebat matura licet juvenilibus annis;
Numinis aeterni sed honos, Regnique Tonantis
Movit amor mentem, potius quam gloria sceptri.

8

Praecipitatque moras igitur, lectamque juventam
Collegit properans animoque, et corpore firmam,
Corripuitque viam, et cursum direxit in oras
Longinquas Thracum, Sedes ubi maxima Regni.
Rex illum se se penes hic excepit Achivus:
Nuncius advenit tua tunc mandata facessens,
Qui seriem rerum juveni narravit abunde,
Capta quibusve modis urbs Anthiochena per ipsos.

9

Insuper et dixit qua tum ratione, vel armis]
Arsacidas contra fuerit defensa potentes,
Militibus tantis qui urbem obsidione premebant,
Ut vacuatum Regnum armisque, virisque putares.
De Te sermo fuit; meminit quoque gesta tuorum,
Donec ad insignem pervenit laude Rinaldum.
Constitit; illiusque fugam descripsit honestam,
Gesserat et quae totum non delenda per aevum.

10

Addidit inde Sion quod jam sub numine caeli
Gallica gens portas oppugnatura subiret.
Hortatusque tuis verbis fuit ille, triumphi
Ut saltem extremi vellet consortia adire.
Hic sermo juveni tantis praecordia flammis
Succendit, Sveno ut videatur quaelibet hora
Lustro jam diuturnior: Æstuat arma movere
In Libycos hostes, et tingere sanguine dextram.

11

Par, che la sua viltà rimproverarsi
Senta ne l' altrui gloria; e se ne rode:
E chi 'l consiglia, e chi 'l prega a fermarsi,
O che non l' esaudisce, o che non ode:
Rischio non teme, fuor che 'l non trovarsi
De' tuoi gran rischj a parte, e di tua lode.
Questo gli sembra sol periglio grave:
De gli altri, o nulla intende, o nulla pave.

12

Egli medesmo sua fortuna affretta:
Fortuna, che noi tragge, e lui conduce:
Però ch' appena al suo partire aspetta
I primi rai de la novella luce:
È per miglior la via più breve eletta;
Tale ei la stima, ch' è Signore, e Duce:
Nè i passi più difficili, o i paesi
Schivar si cerca de' nemici offesi.

13

Or difetto di cibo, or cammin duro
Trovammo, or violenza, ed or aguati:
Ma tutti fur vinti i disagj, e furo
Or uccisi i nemici, ed or fugati.
Fatto avean ne' perigli ogn' uom sicuro
Le vittorie, e insolenti i fortunati:
Quando un dì ci accampammo, ove i confini
Non lunge erano omai de' Palestini.

14

Quivi da' precursori a noi vien detto,
Ch' alto strepito d' arme avean sentito:
E viste insegne, e indizj, ond' han sospetto,
Che sia vicino esercito infinito.
Non pensier, non color, non cangia aspetto,
Non muta voce il Signor nostro ardito:
Benchè molti vi sian, ch' al fero avviso
Tingan di bianca pallidezza il viso.

11

Rumpitur invidia, dum gesta aliena recenset;
Desidiam illa sibi objurgare videntur inertem,
Impatiensque morae monitusque, precesque refellit:
Discedere est animus, caeptisque imponere finem.
Nulla pericla timet, tantum piget esse remotum,
Nec tibi consortem varia in discrimina Martis.
Hoc unum sibi triste periclum; caetera spernit,
Despicit et casus dubios, dubiosque labores.

12

Ipse sibi fata accelerat, celeratque ruinam;
Fata trahunt illum, sua nos ducitque voluntas;
Eduxitque suos, ut primum aurora refulsit,
Corripuitque vias breviores, ut meliores,
Nam breviora placent animis ardentibus ire.
Nos laeti sequimurque Ducem, dominumque trahentem:
Non trepido passu ferimur per opaca viarum.
Offensos jussi medios ferimurque per hostes.

13

Nos potusque, cibique inopes modo vidit egestas,
Nunc via dura quatit, nunc vis manifesta lacessit,
Insidiis modo fusi, nos superavimus omnes
Ambiguos casus, atque hostes sive fugati,
Sive fuere armis violenta caede perempti:
Audaces tot reddiderant, tantique trophei.
Jamque Palestinae tangebant rura phalanges,
Cum prope fines demum castra locamus ovantes.

14

Praecursores illic nobis voce reportant,
Se strepitum armorum procul exaudisse tremendum,
Insuper et vidisse per auras bellica signa,
Unde putant acies magnas accedere contra.
Non fugit ore color domino: imperterritus haeret;
Mens, animusque manet, nulla novitate movetur;
Sint licet haud pauci, qui alta formidine capti
Inficiant pallore genas jam morte propinqua.

15

Ma dice: Oh quale omai vicina abbiamo
Corona o di martirio, o di vittoria!
L' una spero io ben più, ma non men bramo
L' altra, ove é maggior merto, e pari gloria.
Questo campo, o fratelli, ov' or noi siamo,
Fia tempio sacro ad immortal memoria;
In cui l' età futura additi, e mostri
Le nostre sepolture, o i trofei nostri.

16

Così parla; e le guardie indi dispone,
E gli ufficj comparte, e la fatica.
Vuol, ch' armato ognun giaccia, e non depone
Ei medesmo gli arnesi, o la lorica.
Era la notte ancor ne la stagione,
Ch' è più del sonno, e del silenzio amica:
Allor, che d' urli Barbareschi udissi
Romor, che giunge al cielo, ed a gli abissi.

17

Si grida: a l' arme, a l' arme: e Sveno involto
Ne l' arme innanzi a tutti oltre si spinge;
E magnanimamente i lumi, e 'l volto
Di color d' ardimento infiamma, e tinge:
Ecco siamo assaliti, e un cerchio folto
Da tutti i lati ne circonda, e stringe.
E intorno un bosco abbiam d' aste, e di spade,
E sovra di noi di strali un nembo cade.

18

Ne la pugna inegual (però che venti
Gli assalitori sono incontra ad uno)
Molti d' essi piagati, e molti spenti
Son da cieche ferite a l' aer bruno.
Ma il numero de gli egri, e de' cadenti
Fra l' ombre oscure non discerne alcuno:
Copre la notte i nostri danni; e l' opre
De la nostra virtute insieme copre

15

Tum, eja viri, dixit, revocate animum, ecce propinquat
Nobile martirii sertum, seu palma triumphi.
Hanc equidem spero melius, sed non minus illud
Opto, majus ubi meritum, et par gloria nobis.
Hic ager, o socii, haec tellus, haec Martis arena
Sit templum nostro, et decus immortale labori;
Postera monstret ubi lustris labentibus aetas
Nostra sepulchra, seu nostros fortasse t.ophaeos.

16

Sic fatus vigilum excubias disponit, et aptat
Undique militibus partes, ac arte labores.
Armati maneant omnes tum jussit, et ipse
Arma nec ex humeris posuit, nec pectore ahenam
Loricam. Medium vix nox conscenderat orbem,
Tempore, quo dulces suadent jam sidera somnos,
Cum ecce repente sonant noctis clangoribus aurae
Barbaricis, tonat unde Erebus, caelumque profundum.

17

Vocibus arma vocant, colles procul arma reponunt;
Hostibus occurrit Svenus scutatus in armis,
Magnanimoque genas, oculosque furore repletus
Irruit impavidus jam jam moriturus in hostes.
Exoritur fragor, undique circumfundimur armis,
Jamque enses, clypeique sonant tinnitibus altis;
Nos circum hastarum nemus infremit aethere caeco,
Telaque per caelum volitant ad turbinis instar.

18

Vulnere procumbunt multi, multique per umbras
De turba hostili sunt per nos caede perempti,
Pugna foret quamvis impar numeroque, locoque,
Unus enim contra viginti praelia adibat,
Nemo peremptorum numerum discernit, et atris
Occultat nox aegros tunc obscura tenebris,
Tristia damna tegit simul illo Marte cruento,
Virtutemque tegit claram pietate virorum.

23

La vita no, ma la virtù sostenta
Quel cadavero indomito, e feroce:
Ripercote percosso, e non s' allenta:
Ma quanto offeso è più, tanto più noce:
Quando ecco furiando a lui s' avventa
Uom grande, c'ha sembiante, e guardo atroce
E dopo lunga, ed ostinata guerra,
Con l' aita di molti al fin l' atterra.

24

Cade il Garzone invitto (ahi caso amaro!)
Nè v' e fra noi, chi vendicare il possa.
Voi chiamo in testimonio, o del mio caro
Signor sangue ben sparso, e nobil' ossa,
Ch' allor non fui de la mia vita avaro,
Nè schivai ferro, nè schivai percossa:
E se piaciuto pur fosse là sopra,
Ch' io vi morissi, il meritai con l' opra.

25

Fra gli estinti compagni io sol cadei
Vivo; nè vivo forse è chi mi pensi:
Nè de' nemici più cosa saprei
Ridir, sì tutti avea sopiti i sensi.
Ma poi che tornò il lume a gli occhi miei,
Ch' eran d' atra caligine condensi,
Notte mi parve, ed a lo sguardo fioco
S' offerse il vacillar d' un picciol foco.

26

Non rimaneva in me tanta virtute,
Ch' a discerner le cose io fossi presto;
Ma vedea, come quel, ch' or' apre, or chiude
Gli occhi, mezzo tra 'l sonno, e l' esser desto:
E 'l duolo omai de le ferite crude
Più cominciava a farmisi molesto:
Che l' inaspria l' aura notturna, e 'l gelo
In terra nuda, e sotto aperto cielo.

23

Sustinet indomitumque, ferumque haud vita cadaver
Illud, at indomito praestans in pectore virtus.
Pugnat adhuc moriens; transfossus caedit et ipse,
Quoque magis laesus, tantoque nocentior extat.
Cum ruit ecce ferox vir quidam immanis in illum,
Indomitosque gerens alto sub corde furores,
Congreditur: tandem multis comitatus amicis
Sternit humi juvenem longo certamine Martis.

24

Volvitur in praeceps puer insuperabilis, eheu!
Nec superest nobis, qui possit sumere poenas.
Vos inhumata mei testor, vos ossa colenda
Principis, et domini, et Te sanguis tam bene fusus,
Num fuerim tum animaeque tenax.patiensque laborum?
Nee strictos enses metui, nec vulnera fugi,
Et me, si superis placuisset, tum ire sub umbras,
Promerui, nec quidquam omisi occumbere morti.

25

Extinctos inter socios ego solus anhelus
Procubui, forsanque putant me luce carere.
Quid facerent hostes, ferrent sibi quosque trophaeos,
Mens hebetata nihil valuit discernere posthac.
At postquam lux est oculis vix reddita nostris,
Ferrea quos densos dudum caligo tenebat,
Nox mihi visa; oculisque labantibus obtulit ultro
Se procul infirmus radiis languentibus ignis.

26

Non ea vis animi mihi, non erat illa potestas,
Ut promptus, veloxque forem discernere causas:
Nec vigilans oculis, nec me sopor altus habebat,
Ascipiebam res, ut qui dormitat ad ortum
Solis, et interea gravius dolor ima sub ossa
De tot vulneribus bacchans stridebat acerbis;
Aer enim gelidus noctis, frigusque dolorem
Sub caelo stimulis plagarum acuebat atrocem.

27

Più, e più ognor s' avvicinava intanto
Quel lume, e insieme un tacito bisbiglio:
Sì ch' a me giunse, e mi si pose a canto.
Alzo allor, benchè appena, il debil ciglio,
E veggio duo vestiti in lungo manto
Tener due faci, e dirmi sento: O figlio,
Confida in quel Signor, ch' ai pii sovviene,
E con la grazia i prieghi altrui previene.

28

In tal guisa parlommi; indi la mano
Benedicendo sovra me distese:
E susurrò con suon devoto, e piano
Voci allor poco udite, e meno intese.
Sorgi, poi disse, ed io leggiero, e sano,
Sorgo, e non sento le nemiche offese:
(O miracol gentile!) anzi mi sembra
Piene di vigor nuovo aver le membra.

29

Stupido lor riguardo, e non ben crede
L' anima sbigottita il certo, e'l vero:
Onde l' un d' essi a me: Di poca fede,
Che dubiti? o che vaneggia il tuo pensiero?
Verace corpo è quel, che 'n noi si vede:
Servi siam di Gesù, che 'l lusinghiero
Mondo, e 'l suo falso dolce abbiam fuggito;
E qui viviamo in loco aspro, e romito.

30

Me per ministro a tua salute eletto
Ha quel Signor, ch' in ogni parte regna:
Che per ignobil mezzo oprar effetto
Maraviglioso, ed alto ei non isdegna.
Nè men vorrà, che sì resti negletto
Quel corpo, in cui già visse alma sì degna;
Lo qual con essa ancor lucido, e leve,
E immortal fatto, riunir si deve.

27

Interea sensim propius cum murmure lumen
Ecce propinquabat, donec pervenit ad oras,
Conseditque ubi ego inter corpora fusa jacebam.
Perfractus tum vix languentia lumina tollo,
Atque duos video indutos velamine longo
Accensas gestare faces, voxque hausta per aures:
Fide Deo, puer, ajebat, qui subvenit illis,
Quos pia cura tenet spei, et sua numina poscunt.

28

Sic ait; imposuitque manus supra caput aegri,
Et benedicens e coelo mihi fausta precatur.
Sacras inde preces submissa voce susurrat,
Quas ego nil animo tum, vel vix auribus hausi.
Surge, deinde inquit: Subito levo sospita membra
Incolumis, nec adhuc persentio vulnera saeva.
Integra membra vigent nobis, mirabile dictu!
Quin immo solidaeque novo stant robore vires.

29

Obstupui; lustroque viros obterritus, atque
Compertis, verisque fidem stupefacta negabat
Mens rebus. Tum ex illis unus talia demum:
Cur dubitas medicae fidei? quae cura remordet?
Corpus, et ossa vides, oculos nec ludit imago
Vana, Redemptoris verum documenta sequentes
Illecebras carnis, nec non et gaudia mundi
Sprevimus, et procul hic libamus gaudia coeli.

30

Ille ministrum me tibi deligit esse salutis,
Immenso qui caelum, ac terras numine complet;
Cujus ad imperium orbis per vilissima quaeque
Mira solent fieri, fieri quae posse negatur.
Nec decet egregium corpus sordescat arena,
In quo mens sedes habuit jam nescia fati,
Cuique nitens, leve, nec non immortale refectum
Jungendum est, prostrema dies ubi clauserit orbem.

31

Dico il corpo di Sveno, a cui fia data
Tomba a tanto valor conveniente;
La qual' a dito mostra, ed onorata
Ancor sarà da la futura gente.
Ma leva omai gli occhi a le stelle, e guata
Là splender quella, come sol lucente:
Questa co' vivi raggi or ti conduce
Là, dov' è il corpo del tuo nobil Duce.

32

Allor vegg' io che da la bella face,
Anzi dal sol notturno un raggio scende,
Che dritto là, dove il gran corpo giace,
Quasi aureo tratto di pennel si stende:
E sovra lui tal lume, e tanto face,
Ch' ogni sua piaga ne sfavilla, e splende;
E subito da me si raffigura
Ne la sanguigna orribile mistura.

33

Giacea prono non già, ma come volto
Ebbe sempre a le stelle il suo desire,
Dritto ei teneva in verso il cielo il volto,
In guisa d' uom. che pur là suso aspire.
Chiusa la destra, e 'l pugno aveva raccolto,
E stretto il ferro, e in atto di ferire.
L' altra su 'l petto in modo umile, e pio
Si posa, e par, che perdon chieggia a Dio.

34

Mentre io le piaghe sue lavo col pianto,
Nè però sfogo il duol, che l' alma accora;
Gli aprì la chiusa destra il Vecchio santo,
E 'l ferro, che stringea, trattone fuora:
Questa, a me disse, ch' oggi sparso ha tanto
Sangue nemico, e n' è vermiglia ancora,
È, come sai, perfetta: e non è forse
Altra spada, che debba a lei preporse.

31

Eloquor haec moerens clari de corpore Sveni,
Insignis pietate viri, ut tegat ossa sepulchrum,
Quod sit semper honoratum, semperque per aevum
Thuriferis illi flagrent altaria donis.
Lumina tolle cito; lustra inter Sidera Sidus,
Flammigeris radiis quod sole micantius ardet,
Hoc tibi demostrante viam perveneris illuc,
Corpus ubi Ducis eximii decumbit arena.

32

Tunc radium vidi descendere tramite recto
Ex illa face, seu nocturno Sole nitentem;
Ille velut digito monstrabat lumine corpus
Exanime herois revolutum pulvere. Circum
Scintillare ignes quot vulnera corpus habebat
Vidi egomet, subitoque Ducem cognosco peremptum.
Foedaret quamvis glomeratus sanguine pulvis
Ora viri, Regisque mei redolentis amorem.

33

Pronus humo nequaquam, sed resupinus ad astra
Ora tenebat, ubi fuerant sua vota per aevum,
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat,
Ut qui Regna beata poli studiosus anhelat.
Dextra cruentatum stringebat viribus ensem
Jamque feriturum, lethum nec solverat illam:
Laeva super pectus supplex, humilisque sedebat,
Non secus ac pia caelorum qui numina poscat.

34

Dum fletu, lacrymisque lavo sua vulnera moerens,
Nec tamen idcirco moerentia corda dolore
Sublevo, districtum senior bonus abstulit ensem
E manibus Sveni, dehinc me talia fatur:
Hoc ferrum, hostili implevit quod sanguine fossas
Nuper, et effuso, rutiloque cruore rubescit,
Quam rigeat, nosti, solidoque adamante recoctum,
Struxit ei faber, et par haud est ensis in orbe.

35

Onde piace là su, che s' or la parte
Dal suo primo Signore acerba morte,
Oziosa non resti in questa parte;
Ma di man passi in mano ardita, e forte:
Che l' usi poi con egual forza, ed arte;
Ma più lunga stagion con lieta sorte:
E con lei faccia, perchè a lei s' aspetta,
Di chi Sveno l' uccise aspra vendetta.

36

Soliman Sveno uccise: e Solimano
Dee per la spada sua restarne ucciso.
Prendila dunque, e vanne, ove il Cristiano
Campo fia intorno a l' alte mura assiso:
E non temer, che nel paese estrano
Ti sia il sentier di novo anco preciso:
Che t' agevolerà per l' aspra via,
L' alta destra di lui, ch' or là t' invia.

37

Quivi egli vuol, che da cotesta voce,
Che viva in te serbò, si manifesti
La pietade, il valor, l' ardir feroce,
Che nel diletto tuo Signor vedesti,
Perchè a segnar de la purpurea croce
L' arme, con tale esempio, altri si desti:
Ed ora, e dopo un corso anco di lustri
Infiammati ne sian gli animi illustri.

38

Resta, che sappia tu, chi sia colui,
Che deve de la spada esser erede.
Questi è Rinaldo il giovinetto, a cui
Il pregio di fortezza ogn' altro cede.
A lui la porgi, e dì, che sol da lui
L' alta vendetta il cielo, e 'l mondo chiede.
Or mentre io le sue voci intento ascolto,
Fui da miracol novo a se rivolto:

35

Hinc superis placet, ut si illum modo fata repellunt
A domino, quondam cui primum fata dedere,
Non maneat reses inter vos tam nobile pignus,
Ast aliam ex alia in dextram virtute potentem
Transiliat gestetque diutius omine fausto
Ille hanc, sed studioque pari, paribusque lacertis.
Insuper et decet, ut persolvat sanguine poenas
Per gladium Sveni, Svenum qui caede peremit.

36

Mersit acerbo jam Solymanus funere Svenum,
Per Sveni est gladium Solimanus caede necandus.
Accipe ferrum: carpe vias, ubi Gallica castra
Moenia celsa Sion armato milite cingunt.
Solve metum; ignotas terras tutissimus ibis,
Denuo nec quisquam audebit praecidere gressus;
Namque per ambiguos calles te proteget ille,
Omnia qui regit, et cujus tu jussa facessis.

37

Ipse jubet domini celebres praeconia voce,
Idcirco voluit superesses cladibus unus,
Qui ingentes animosque viri, studiumque benignum
Ut verax magno celebrares testis honore.
Hinc tanti ducis exemplo commota juventus
Purpureae vexilla crucis jam sanguine signet,
Et nunc corda virum, nec non aetasque futura
Talibus incensa exemplis imitetur honorem.

38

Id superest tantum quis sit subeundus ut haeres
Agnoscas gladii, cui fas absumere poenas
Promeritas culpae. Primaevo flore juventae
Scito illum esse Riualdum, quo non fortior alter.
Tu juveni gladium, Tu porrige, dicque feroci:
Ex te uno expectant poenas terraeque, polusque.
Auribus, ac mente intentus dum talia capto,
Ecce novum video (dictu mirabile) monstrum.

39

Che là, dove il cadavero giacèa,
Ebbi improvviso un gran sepolcro scorto;
Che sorgendo rinchiuso in se l'avea,
Come non so, nè con qual' arte sorto:
E in brevi note altrui vi si sponea
Il nome, e la virtù del guerrier morto.
Io non sapea da tal vista levarmi,
Mirando ora le lettre, ed ora i marmi.

40

Qui (disse il Vecchio) appresso a i fidi amici
Giacèrà del tuo Duce il corpo ascoso,
Mentre gli spirti amando in ciel felici
Godon perpetuo bene, e glorioso.
Ma tu col pianto omai gli estremi uffici
Pagato hai loro: e tempo è di riposo.
Oste mio ne sarai, sin ch' al viaggio
Mattutin ti risvegli il novo raggio.

41

Tacque; e per lochi ora sublimi, or cupi
Mi scorse, onde a gran pena il fianco trassi;
Sin ch' ove pende da selvaggie rupi
Cava spelonca, raccogliemmo i passi.
Questo è il suo albergo: ivi fra gli orsi, e i lupi,
Col discepolo suo securo stassi:
Che difesa miglior, ch' usbergo, e scudo,
È la sua innocenza al petto ignudo.

42

Silvestre cibo, e duro letto porse
Quivi a le membra mie posa, e ristoro.
Ma poi ch' accesi in oriente scorse
I raggi del mattin purpurei, e d'oro;
Vigilante ad orar subito sorse
L' uno, e l' altro Eremita, ed io con loro.
Dal santo Vecchio poi congedò tolsi,
E qui, dov' egli consigliò, mi volsi.

39

Namque ubi membra Ducis, corpusque exangue jacebat
Jam positum vidi ingens ecce repente sepulchrum,
Illico quod surgens contexerat ossa jacentis,
Nescio qua superum certe, quave arte magistra,
Et brevibus descripta notis virtusque, genusque
Militis, et nomen, generosaque gesta patebant,
Obstupui, et dulci haud satiantur lumina visu,
Admirans scriptasque notas, lapidesque sepulchri.

40

Tum longaevus ait: Fidos hic inter amicos
Tecta tui tumulo gelido Ducis ossa jacebunt,
Dum illustres animas stellantis Regia Coeli
Accipit, excelsique poli ubertate fruuntur
Parce piis lacrymis: Fratrum jam extrema piasti
Funera: Sat cineri; detur et brevis hora quieti.
Hospes eris mihi, donec eunti lucifer ortu
Surgat, et expulso reserat tua lumina somno.

41

Dixit, et ardua jam nunc, mox per opaca viarum
Me duxit, studioque gravi mea membra trahebam
Donec, ubi obscuram cacca sub rupe cavernam
Atra specus claudit, perventum, ibi sistimus omnes.
Hic domus est illi; hic ursos interque, luposque
Discipulo comitante trahit tutissimus annos;
Namque animi integritas plus quam lorica, vel umbo
Moribus innocuis defendit pectus inerme.

42

Praebuit agrestisque cibus, stramenque molestum
Artubus infirmis illic requiem, atque levamen.
Ast ubi purpureas nitido patefecit ab ortu
Alma aurora fores, radiis orbisque refulsit.
Ecce vigil nemorum cultor surrexit, et omnes
Congredimur dulces modulantes vocibus hymnos;
Tum veniam petii, moerens vetulumque reliqui,
Atque huc, quo mihi jussa dedit, vestigia flexi.

43

Qui si tacque il Tedesco : e gli rispose
Il pio Buglione : O Cavalier , tu porte
Dure novelle al campo , e dolorose ,
Onde a ragion si turbi , e si sconforte ;
Poichè genti sì amiche , e valorose
Breve ora ha tolte , e poca terra absorte :
E in guisa d' un baleno il Signor vostro
S' è di un sol punto dileguato , e mostro.

44

Ma che ? felice è cotal morte , e scempio ,
Via più ch' acquisto di provincie , e d' oro:
Nè dar l' antico Campidoglio esempio
D' alcun può mai sì glorioso alloro.
Essi del ciel nel luminoso Tempio
Han corona immortal del vincer loro.
Ivi , cred' io , che le sue belle piaghe
Ciascun lieto dimostri , e se n' appaghe.

45

Ma tu che a le fatiche , ed al periglio
Ne la milizia ancor resti del mondo ,
Devi gioir de' lor trionfi , e 'l ciglio
Render , quanto conviene ; omai giocondo.
E perchè chiedi di Bertoldo il figlio ,
Sappi , ch' ei fuor de l' oste è vagabondo :
Nè lodo io già , che dubbia via tu prenda
Pria , che di lui certa novella intenda.

46

Questo lor ragionar ne l' altrui mente
Di Rinaldo l' amor desta , e rinnova :
E v' è chi dice : Ahi fra Pagana gente
Il giovinetto errante or si ritrova !
E non v' è quasi alcun , che non rammente ,
Narrando al Dano i suoi gran fatti a prova ;
E de l' opere sue la lunga tela
Con istupor gli si dispiega , e svela.

43

His tacuit dictis, ad quae Gothfredus, acerbas
Res equidem, durasque refers, o nuncius, inquit.
Vestra quidem nobis stant cordi fixa dolore
Ordine non dubio quae asperrima fata reportas;
Tam fortes gentes etenim brevis abstulit hora,
Parvaque terra manus tantas absumpsit amicas,
Vixque oculis visus vester fulgoris ad instar
Rex, dominusque leves nobis discessit in auras.

44

O quam felices, quibus est occumbere morti
Sorte datum, caedes ubi, morsque auro atque trophaeis
Est longe melior! Certe Tarpeia rupes
Numquam laeta pares deduxit ab hoste triumphos.
Immortali ipsos redimitos tempora lauro
Jam domus omnipotentis olympi excepit ovantes.
Quisque vicissim illic gaudens sua vulnera monstrat,
Exultantque animis (ni me sententia fallit).

45

O tu, qui hospes adhuc mundi discrimina sentis,
Incertusque tua de aeterna sorte moraris,
Ipsorum debes de tot gaudere triumphis,
Et lacrymis molles, uti fas, abstergere malas.
Quem quaeris juvenem magna virtute Rinaldum
Fac noscas, procul hinc incerta sorte vagari;
Nec laudare queo dubios te carpere calles,
Ni prius admonitus certo sua fata renoscam.

46

His dictis rursum veteres renovantur amores,
Et proceres, aciesque fremunt revocare Rinaldum.
Heu! dicunt alii, terris puer errat iniquis!
Gens inimica Deo illustrem retinetque Rinaldum.
Gesta Rinaldi omnes simul, et memorabile nomen
Concelebrant Dano, famamque ad sidera tollunt.
Denique fatorum series ab origine rerum
Panditur, et mentem Dani stupor occupat altus.

47

Or quando del Garzon la rimembranza
Avea gli animi tutti inteneriti,
Ecco molti tornar, che per usanza
Eran d' intorno a depredare usciti.
Conducean questi seco in abbondanza
E mandre di lanuti, e buoi rapiti,
E biade ancor, benchè non molte, e strame
Che pasca de' corsier l' avida fame.

48

E questi di sciagura aspra, e nojosa
Segno portar, che in apparenza è certo;
Rotta del buon Rinaldo, e sanguinosa
La sopravvesta, ed ogni arnese aperto.
Tosto si sparse (e chi potria tal cosa
Tener celata?) un romor vario, e incerto.
Corre il volgo dolente a le novelle
Del Guerriero, e de l' arme, e vuol vedelle.

49

Vede, e conosce ben l' immensa mole,
Del grand' usbergo, e 'l folgorar del lume,
E l' armi tutte, ove è l' augel, ch' al sole
Prova i suoi figli, e mal crede a le piume;
Che di vederle già primiere, o sole
Ne le imprese più grandi ebbe in costume:
Ed or non senza alta pietade, ed ira
Rotte, e sanguigne ivi giacer le mira.

50

Mentre bisbiglia il campo, e la cagione
De la morte di lui varia si crede;
A se chiama Aliprando il pio Buglione,
Duce di quei, che ne portar le prede;
Uom di libera mente, e di sermone
Veracissimo, e schietto, ed a lui chiede:
Dì come, e donde tu rechi quest' arme,
E di buono, o di reo nulla celarme.

47

Ergo ubi fata super pueri miseranda malorum
Corda virum ingenti fuerant excita dolore,
Non pauci redierunt, qui de more rapinas
Exierant fusi circum exercere per agros.
Vertebant raptas isti ad tentoria praedas,
Foenum, armenta, boves, paleas, tenerasque bidentes,
Militibusque avidis segetes quoque semper egenas,
Et stipulas, quibus ira famis pascatur equorum.

48

Infausti casus hi tristia signa tulere,
Mens elusa dolo quae certa, ac vera putabat;
Namque ferunt chlamydem, nec non et saeva Rinaldi
Arma ligaminibus per fracta, et sanguine tincta.
Protinus it rumor varius, dubiusque per aures,
(Quis poterat siquidem res dudum abscondere tantas?)
Murmure commotum moerens fluit undique vulgus
Arma viri studio accensum, atque ardore videndi,

49

Turba videt, lustratque oculis thoraca cruentum,
Ingens, immensae molis, rutilantiaque arma,
Ales ubi dubios explorat lampade foetus
Phaebea, et nulli dubium manet esse Rinaldi.
Unicus illa etenim saepe exercere solebat,
Cum Mavors majora per orbem bella ciebat:
Fracta jacent modo (pro dolor!) atque imbuta cruore,
Unde fremunt acies, gemitusque ad Sidera tollunt.

50

Dum strepit interea circum omnis murmure campus,
Scinditur atque anceps studia in contraria vulgus,
Gothfredus prudens ductorem accersit eorum,
Qui raptas tulerant praedas, atque arma Rinaldi.
Ille Alipander erat vir fallere nescius unquam,
Cuncta jubetque illum sincera mente fateri,
Namque animus causas tantarum expromere rerum;
Hinc rogat unde? quibusve modis haec afferat arma?

51

Gli rispose colui : Di qui lontano
Quanto in duo giorni un messaggiero andria,
Verso il confin di Gaza, un picciol piano
Chiuso tra colli alquanto è fuor di via :
E in lui d' alto deriva, e lento, e piano
Tra pianta, e pianta un fiumicel s' invia :
E d' alberi, e di macchie ombroso, e folto,
Opportuno a l' insidie il loco è molto.

52

Qui greggia alcuna cercavam, che fosse
Venuta a' paschi de l' erbose sponde :
E su l' erbe miriam di sangue rosse
Giacerne un guerrier morto in riva a l' onde.
All' arme, ed a l' insegne ogn' uom si mosse :
Che furon conosciute, ancor che immonde,
Io m' appressai per discoprirgli il viso ;
Ma trovai, ch' era il capo indi reciso.

53

Mancava ancor la destra : e 'l busto grande
Molte ferite avea dal tergo al petto.
E non lontan con l' Aquila, che spande
Le candide ali, giacea il voto elmetto.
Mentre cerco d' alcuno, a cui dimande,
Un villanel sopraggiungea soletto :
Che 'ndietro il passo per fuggirne torse,
Subitamente che di noi s' accorse.

54

Ma seguitato, e preso, a la richiesta,
Che noi gli facevamo, al fin rispose ;
Che 'l giorno innanzi uscir de la foresta
Scorse molti guerrieri, onde ei s' ascose :
E ch' d' essi tenea recisa testa
Per le sue chiome bionde, e sanguinose ;
La qual gli parve, rimirando intento,
D' uom giovinetto, e senza peli al mento :

51

Non procul hinc, dixit, Gazae in confinibus, ille,
Posset iter bidui quantum peragrare viator,
Parvus adest campus, viridi quem vertice colles
Undique circumdant; aliquantum et devius extat.
Lubricus ex alto procumbit rivus in herbas,
Luxuriansque fluit molli per gramina cursu.
Est locus insidiis multum fallacibus aptus;
Horret enim late dumis, atque ilice densa.

52

Invia lustra petens quaerebam an forte venirent
Fontis ad herbosas oras armenta, capellae?
Vidimus ecce herbas inter, vepresque cruore
Tinctas ad ripam spoliatum lumine corpus
Militis extincti procumbere caede perempti.
Noscimus arma viri quamvis foedata cruore:
Accessi properans avidus cognoscere vultus,
Sed caput e trunco projecto erat ense recisum.

53

Dextra simul deerat, corpusque immane ferebat
Plurima transfosso venientia vulnera tergo
Ad pectus. Non longe hinc crista jacebat inanis,
Quam super albentes Ales Jovis explicat alas.
Omnia collustranti oculis, si forte viderem
A quo scitarer, venit obvius ecce colonus.
Incomitatus erat puer, et vestigia torsit,
Ut primum nos adversos conspexit in armis.

54

Insequimur, captusque avide scitantibus ille
Haec demum nobis pulsa formidine dixit:
Plura die hesterna vidi se effundere silva
Agmina, quapropter tactus terrore sub antro
Me occului; hinc quemdam ex ipsis caput ense recisum
Conspexi deferre comis stillante cruore:
Et mihi tum pueri visum caput esse decori,
Cui prima spargebantur lanugine malae.

55

E che 'l medesmo poco poi l' avvolse
In un zendado da l' arcion pendente.
Soggiunse ancor, ch' a l' abito raccolse,
Ch' erano i Cavalier' di nostra gente.
Io spogliar feci il corpo, e sì men dolse,
Che piansi nel sospetto, amaramente
E portai meco l' arme, e lascai cura,
Ch' avesse degno onor di sepoltura.

56

Ma se quel nobil tronco è quel, ch' io credo,
Altra tomba, altra pompa egli ben merta.
Così detto Aliprando ebbe congedo,
Però che cosa non avea più certa.
Rimase grave, e sospirò Goffredo;
Pur nel tristo pensier non si raccerta;
E con più chiari segni il monco busto
Conoscer vuole, e l' omicida ingiusto.

57

Sorgea la notte in tanto, e sotto l' ali
Ricopriva del cielo i campi immensi:
E 'l sonno ozio de l' alme, obblio de' mali,
Lusingando sopia le cure, e i sensi.
Tu sol punto Argillan d' acuti strali
D' aspro dolor, volgi gran cose, e pensi;
Nè l' agitato sen, nè gli occhi ponno
La quiete raccorre, o 'l molle sonno.

58

Costui pronto di man, di lingua ardito,
Impetuoso, e fervido d' ingegno,
Nacque in riva del Tronto, e fu nutrito
Ne le risse civil' d' odio, e di sdegno:
Poscia in esiglio spinto, i colli, e 'l lito
Empì di sangue, depredò quel regno,
Sin che ne l' Asia a guerreggiar sen venne,
E per fama miglior chiaro divenne.

55

Subdidit in pera caput obvolvisse deinceps,
Quae ex phaleris pendebat equi spumantis, eumdem.
Ex habitu demum retulit novisse cohortes
Esse quidem generis nostri, nec imagine falli.
Ingemui tum fata viri, corpusque sodalis
Nudari jussi armis, nam socii esse putavi.
Arma tuli mecum lacrymans, truncusque sepulchri
Disposui discedens dignaretur honore.

56

Quod si revera corpus sit corpus amici,
Diversis certe pompis, alioque decore
Diversumque est fas ut contegat ossa sepulchrum.
Haec Alipander ait, veniamque precatus abivit.
Indoluit luctu moerens Gothfredus amaro,
Sed dubium quatiunt animum in contraria curae,
Namque incertus adhuc manet, et vult noscere truncum
Clarius, aut homicidam saltem ediscere dirum.

57

Interea surgebat nox, camposque sub alas
Immensos coeli abdebat caligine densa,
Et sopor, alma quies animi, solamine dulci
Laxabat curas, et corda oblita malorum.
Tu solus vigilas telo terebratus acuto,
Argillane, doloris, molitisque nefanda,
Pectora nec possunt curis agitata malignis;
Lumina nec possunt dulces illudere somnos.

58

Hic manibus promptus, linguaque effraenis iniqua,
Nescius irarum frenare, et pectoris aestus
Prodiit in lucem quondam secus alta Truenti
Flumina: lac infans odiis civilibus hausit.
Pulsus in exilium, colles, orasque propinquas
Funere complevit, spoliisque onustus abivit.
Denique signa sequens Asiae contendere bello
Coepit, et evasit fama meliore celebris.

59

Al fin questi su l' alba i lumi chiuse ;
Nè già fu sonno il suo queto , e soave ;
Ma fu stupor , ch' Aletto al cor gl' infuse ,
Non men , che morte sia , profonda , e grave.
Sono le interne sue virtù deluse ,
E riposo dormendo anco non ave :
Che la Furia crudel gli s' appresenta
Sotto orribili larve , e lo sgomenta.

60

Gli figura un gran busto , ond' è diviso
Il capo , e de la destra il braccio é mozzo ;
E sostien con la manca il teschio inciso ,
Di sangue , e di pallor livido ; e sozzo.
Spira , e parla spirando il morto viso ,
E 'l parlar vien col sangue , e col singhiozzo ;
Fuggi , Argillan , non vedi omai la luce ?
Fuggi le tende infami , e l' empio Duce.

61

Chi dal fero Goffredo , e da la frode ,
Ch' uccise me , voi cari amici affida ?
D' astio dentro il fellon tutto si rode ,
E pensa sol come voi meco uccida.
Pur , se cotesta mano a nobil lode
Aspira , e in sua virtù tanto si fida ;
Non fuggir , no : plachi il Tiranno esangue
Lo spirto mio col suo malvaggio sangue,

62

Io sarò teco ; ombra di ferro , e d' ira
Ministra , e t' armerò la destra , e 'l seno.
Così gli parla : e nel parlar gli spira
Spirito nuovo di furor ripieno.
Si rompe il sonno ; e sbigottito ei gira
Gli occhi gonfi di rabbia , e di veleno ;
Ed armato ch' egli è , con importuna
Fretta i guerrier' d' Italia aduna.

59

Denique sub lucem demisit lumina somno,
Sed nec somnus erat placidus, curasque repellens;
Verum torpor erat, mortique simillimus omni,
Quemque gravem venis Alecto infunderat atrox.
Virtutes animi falluntur imagine veri,
Dormit, et interea somno nec membra quiescunt,
Namque quiescenti furibunda (a) infecta veneno
Astat, et horrificis deterret somnia larvis.

60

Exhibet ingentem truncum, caput unde recisum,
Dextra secata cui, nec non validusque lacertus.
Illa tenet laeva maculatum sanguine, et atro
Pulvere conspersum caput ipsum exangue capillis.
Spirat, et expirans loquitur sine lumine vultus,
Et cruor undans singultantia verba retardat.
Eja age, rumpe moras, dixit, fuge castra nefanda:
An non Argillane vides horrenda tyranni?

61

Quisnam vos Gothfredi, qui me fraude peremit,
Insidiisque, dolisque feri defendet amicos?
Assueto sceleri livor vorat ossa, medullas,
Corde struitque modos, quibus et vos perdat eodem
Fato, Ast si tua pectora adurit gloria rerum,
Si tibi sunt animi, si virtus nescia mori,
Ne fugias hinc oro; potes placare tyranni
Tu solus nostros scelerato sanguine manes.

62

Pelle timorem; adero praesens velut umbra ministrans
Arma, iras; dextramque, sinumque furore replebo.
Sic ait, atque novis succendit pectora flammis,
Afflavitque novos irarum cordibus ignes.
Excutitur somno, noctisque exterritus umbris
Lumina contorquet stygio suffecta veneno.
Arma furens captat, properatque accersere pubem
Ausoniam, Sociosque sibi de gente latina.

(a) *Alecto*

63

Gli aduna là, dove sospese stanno
L'arme del buon Rinaldo; e con superba
Voce il furore, e 'l conceputo affanno
In tai detti divulga, e disacerba:
Dunque un popolo barbaro, e tiranno,
Che non prezza ragion, che fe non serba,
Che non fu mai di sangue, e d'or satollo,
Ne terrà 'l freno in bocca, e 'l giogo al collo?

64

Ciò, che sofferto abbiam d'aspro, e d'indegno
Sette anni omai sotto sì iniqua soma,
È tal, ch'arder di scorno, arder di sdegno
Potrà da qui a mill'anni Italia, e Roma
Taccio, che fu da l'arme, e da l'ingegno
Del buon Tancredi la Cilicia doma,
E ch'ora il Franco a tradigion la gode;
E i premj usurpa del valor la frode.

65

Taccio, ch'ove il bisogno, e 'l tempo chiede
Pronta man, pensier fermo, animo audace,
Alcuno ivi di noi primo si vede
Portar fra mille morti o ferro, o face.
Quando le palme poi, quando le prede
Si dispensan ne l'ozio, e ne la pace,
Nostri non sono già, ma tutti loro
I trionfi, gli onori, le terre, e l'oro.

66

Tempo forse già fu, che gravi, e strane
Ne poteran parer sì fatte offese;
Quasi lievi or le passo: orrenda immane
Ferità leggierissime l'ha rese.
Hanno ucciso Rinaldo, e con l'umane
L'alte leggi divine han vilipese.
E non fulmina il Cielo? e non l'inghiotte
La terra entro la sua perpetua notte?

63

Convenere ubi, pendebant coram arma Rinaldi,
Et vocem extollens elata fronte superbam,
His effert dictis conceptum in corde dolorem:
Gens ergone ferox, superis invisa, superba,
Quae neque jura colit, neque servat foedera pacta,
Sanguine quae numquam sitiens expletur, et auro
Nos animo fortes frenis circumferet ore,
Et dominans semper submittet colla catenis?

64

Septima jam remeat volutis mensibus aetas,
Cum tot acerba sub imperio, tantosque labores
Pertulimus duros, ut quondam Oenotria tellus,
Urbsque quirinalis poterit flagrare pudore.
Terra Cilissa fuit per Tancredum ense subacta,
Gallicus interea populus dominatur in illis
Oris; nec latuere doli, fraudesque malignae;
Vos meministis enim, et testes memorare potestis.

65

Vos, vos ante alios, ubi resque, locusque reposcunt
Audaces animis per summa pericula rerum,
Vitae inter mortisque vias, ferrumque, facesque
Marte ciente manus pro fama fertis ovantes;
Ast ubi per pacem redduntur praemia palmae,
Et partae praedae tribuuntur ab hoste subacto
Ausonidis nil, sed genti donantur avarae
Tellures, aurumque, triumphi, et gloria rerum.

66

Tempus erat quondam, cum haec detrimenta molesta
Forte videbantur vobis non ferre suetis;
Nunc equidem leviora videntur tempore, et usu,
Sed tandem feritas ducis illa domestica fecit.
Proh scelus! Insignem armis occidere Rinaldum
Legibus abjectis hominumque, polique, superbi!
Nec jaculantur tales ignea tela scelestos?
Nec tellus quassata illis adaperta dehiscit?

67

Rinaldo han morto, il qual fu spada, e scudo
Di nostra fede, ed ancor giace inulto:
Inulto giace: e su 'l terreno ignudo
Lacerato il lasciarò, ed insepulto.
Ricercate saper, chi fosse il crudo?
A chi puote, o compagni, esser occulto?
Deh chi non sa, quanto al valor Latino
Portin Goffredo invidia, e Baldovino?

68

Ma che cerco argomenti? Il cielo io giuro,
Il ciel, che n' ode, e ch' ingannar non lice.
Ch' allor si rischiara il mondo oscuro,
Spirito errante il vidi, ed infelice.
Che spettacolo, oimè, crudele, e duro!
Quai frodi di Goffredo a noi predice!
Io 'l vidi, e non fu sogno, e ovunque or miri,
Par, che dinanzi a gli occhi miei s' aggiri.

69

Or che faremo noi? dee quella mano,
Che di morte sì ingiusta è ancora immonda,
Reggerci sempre? o pur vorrem lontano
Girne da lei, dove l'Eufrate inonda?
Dove a popolo imbelle in fertil piano
Tante ville, e città nutre, e feconda;
Anzi a noi pur: nostre saranno, io spero:
Nè co' Franchi comune avrem l' impero.

70

Andianne, e resti invendicato il sangue
(Se così parvi) illustre, ed innocente.
Benchè se la virtù, che fredda langue,
Fosse ora in voi, quanto dovrebbe, ardente;
Questo che divorò pestifero angue
Il pregio, e 'l fior de la Latina gente,
Daria con la sua morte, e con lo scempio,
Agli altri mostri memorando esempio.

67

Qui fidei nostrae fuit ensis, et aegis ahena
Extinxere Rinaldum. Nec dum ulciscimur umbras?
Ilte solo recubans jacet intumulatus arena :
Illic deseruere inhonorum, et pulvere foedum.
Quis tanti sceleris princeps quaeratis amici ?
Quem poterit tantumque nefas, facinusque latere?
Quis vestrum ignorat quam lumine conspicit aegro
Ausoniam virtutem Dux, et Baldovinus ?

68

Sed quid plura loquar? Superos, et Sidera testor,
Hisce oculis egomet vidi miseramque, vagantemque
Umbram, cum primo Phoebus surgebat Eoo :
Hei mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illo!
Quosve dolos per Gotfredum, fraudesque paratas!
In gentem nostram tristis denuntiat ille?
Vidi illum, nec vana loquor, quo lumina verto,
Visa mihi ante oculos se offerre videtur imago.

69

Nunc igitur quae animo vobis sententia surgit?
Ferrea sceptra igitur manus illa tenebit in aevum,
Innocuo quae fumat adhuc maculata cruore ?
Nonne foret melius procul hac discedere terra,
Atque locos petere, Euphratis quos alluit unda?
Gens ubi pacis amans oneratos messibus agros
Incolat. Imperia illic nos opulenta manebunt ;
Et procul a Gallis, illis dominabimur oris.

70

Jam properate fugam : Sic ulciscemur inultam,
Si placet, injustam caedem, mortemque Rinaldi.
Quod si flagraret vobis in pectore virtus,
Languida quae torpet, sed fas ardentior esset,
Pestifer hic poenas jam jam persolveret anguis,
Qui florem Ausoniae destruxit tabe juventae,
Morta sua scelerum ; sociisque extaret iniquis
Ultricis flammae exemplar memorabile monstris.

71

Io, io vorrei, se 'l vostro alto valore,
Quanto egli può, tanto voler osasse;
Ch' oggi per questa man ne l' empio core,
Nido di tradigion, la pena entrasse.
Così parla agitato; e nel furore,
E ne l' impeto suo ciascun ei trasse.
Arme, arme freme il forsennato; e insieme
La gioventù superba arme, arme freme.

72

Rota Aletto fra lor la destra armata,
E col foco il velen ne' petti mesce.
Lo sdegno, la follia, la scellerata
Sete del sangue ognor più infuria, e cresce:
E serpe quella peste, e si dilata,
E de gli alberghi Italici fuor n' esce:
E passa fra gli Elvezj, e vi s' apprende:
E di là poscia anco a gl' Inglesi tende.

73

Nè sol l' estrane genti avvien che mova
Il duro caso, e 'l gran pubblico danno:
Ma l' antiche cagioni a l' ira nova
Materia insieme, e nutrimento danno.
Ogni sopito sdegno or si rinnova;
Chiamano il popol Franco empio, e tiranno:
E in superbe minacce esce diffuso
L' odio, che non può starne omai più chiuso.

74

Così nel cavo rame umor, che bolle
Per troppo foco, entro gorgoglia, e fuma;
Nè capendo in se stesso al fin s' estolle
Sovra gli orli del vaso, e inonda, e spuma.
Non bastano a frenar il volgo folle
Que' pochi, a cui la mente il vero alluma.
E Tancredi, e Camillo eran lontani,
Guglielmo, e gli altri in podestà soprani.

71

Si nostris ausis, coeptisque favere placeret,
Et vires adhibere, prout natura potentes
Vos fecit, dextra hac divellere corda tyranno
Auderem, sedemque doli contigere pectus.
Talia voce refert furiis agitatus amaris,
Atque omnes trahit in captos sub mente furores.
Saevit inops animi, nocituraque tela reposcit,
Arma fremens pariter poscit vesana juventus.

72

Horrentem Alecto dextram rotat anguibus inter
Illos, immittitque venenatum ossibus ignem.
Saevit amor ferri, saevitque cupido cruoris,
Dira famesque, sitisque necis jam crescit eundo.
Pestis edax serpens totas bacchatur in oras;
Exit ab Italicis turmis, et finibus extra,
Transit ad Helvetios, replet atro corda veneno,
Castra Britannorum demum petit inde volatu.

73

Pubblica damna movent, nec non et fata Rinaldi
Diversas illas gentes, populosque feroces.
His super irarum causae renovantur ab aevo,
Pectoribusque ira accensis alimenta ministrant.
Quoslibet extinctos injuria suscitat ignes.
It murmur, Gallosque canit sermone tyrannos,
Atque odium clausas dedignans pectoris umbras
Erumpit fervens in verba minantia demum.

74

Talis in aere cavo fervet, crepitatque per ignem
Suppositum liquor intus, et atro gurgite fumat,
Nec jam se capiens ultra; se extollit in auras,
Exundatque foras, spumisque tumentibus albet.
Nec fraenare furens animis ignobile vulgus
Sufficiunt, quorum melior sententia menti;
Namque aberat Tangres, procul hinc aberatque Camillus,
Gulielmusque, aberant quibus est suprema potestas.

75

Corrono già precipitosi a l' armi
Confusamente i popoli feroci;
E già s' odon cantar bellici carmi
Sediziose trombe in fere voci.
Gridano intanto al pio Buglion, che s' armi,
Molti di qua, di là nunzj veloci:
E Baldovino innanzi a tutti armato
Gli s' appresenta, e gli si pone a lato.

76

Egli ch' ode l' accusa, i lumi al cielo
Drizza, e pur, come suole, a Dio ricorre;
Signor, tu che sai ben con quanto zelo
La destra mia dal civil sangue abborre:
Tu squarcia a questi de la mente il velo,
E reprimi il furor, che sì trascorre:
E l' innocenza mia, che costà sopra
È nota, al mondo cieco anco si scopra.

77

Tacque: e dal cielo infuso ir fra le vene
Sentissi un novo inusitato caldo
Colmo d' alto vigor, d' ardita spene,
Che nel volto si sparge, e 'l fa più baldo:
È da' suoi circondato oltre sen viene
Contra chi vendicar credea Rinaldo:
Ne perchè d' arme, e di minacce ei senta
Fremito d' ogni intorno, il passo allenta.

78

Ha la corazza indosso, e nobil veste
Riccamente l' adorna oltra il costume:
Nudo è le mani, e 'l volto, e di celeste
Maestà vi risplende un novo lume:
Scote l' aurato scettro; e sol con queste
Arme acquetar quegl' impeti presume:
Tal si mostra a coloro, e tal ragiona;
Ne come d' uom mortal la voce suona.

75

Jam confusa ruit pubes, populique feroces,
Praecipitesque volant, et Martis in arma feruntur.
Insonuere tubae fremitu procul aere minaci.
Tum sequitur clamorque virum, cantusque rebellis.
Plurimus interea Gothfredo nuncius astat,
Undique contendens, ut promptior arma capessat:
Ante omnes Baldovinus circumdatus armis
Pone subit, comitemque fidelem se addidit illi.

76

Ut primum pius heros falso se audit inuri
Crimine, defixit supplex sua lumina coelo:
Summe Pater, dicens, qui, quam mea dextra cruorem
Civilem fugiat, bene noscis ab axe sereno,
Tu velum, mentisque umbras disrumpe benignus,
Et procul hinc furiis bacchantem pelle furorem,
Atque mei integritas animi bene cognita olympo,
Fac innotescat terris mortalibus aegris.

77

Talibus oranti ima per ossa cucurrit, et arsit
Insuetusque, novusque ignis demissus ab alto:
Numinis aeterni excitus virtute superna,
Qua erumpente foras audentior ibat ad hostes,
Stipatusque suis se se tulit obvius illis,
Qui poenas exposcebant de morte Rinaldi;
Et licet armorum sonitus, irasque frementes
Audiat, haud tamen idcirco vestigia torquet.

78

Pectus ahena tegit lorica; decoraque vestis
Ostro, auroque rigens circumdat corpus amictu;
Nec galea caput induitur, nec dextera ferrum
Stringit, et aetherea frons majestate coruscat.
Aurea sceptra quatit gestans haec spicula tantum
Confidit melius tantos compescere motus.
Sic se se promit; sic impavidusque resolvit
Ora, sonat nec vox hominem, dum talia fatur.

79

Quali stolte minacce, e quale or odo
Vano strepito d' arme? e chi 'l commove?
Così qui riverito, e in questo modo
Noto son io dopo sì lunghe prove,
Ch' ancor v' è chi sospetti, e chi di frodo
Goffredo accusi, e chi le accuse approve?
Forse aspettate ancor, ch' a voi mi pieghi,
E ragioni v' adduca, e porga prieghi?

80

Ah non sia ver, che tanta indignitate
La terra piena del mio nome intenda:
Me questo scettro, me de l' onorate
Opre mie la memoria, e 'l ver difenda.
E per or la giustizia a la pietate
Ceda, nè sovra i rei la pena scenda.
A gli altri merti or questo error perdono,
Ed al vostro Rinaldo anco vi dono.

81

Col sangue suo lavi il comun difetto
Solo Argillan di tante colpe autore:
Che mosso a leggerissimo sospetto,
Sospinti gli altri ha nel medesmo errore.
Lampi, e folgori ardean nel regio aspetto,
Mentre ei parlò, di maestà, d' orrore.
Tal ch' Argillano attonito, e conquiso
Teme (chi 'l crederia?) l' ira d' un viso.

82

E 'l volgo, ch' anzi irriverente audace
Tutto fremer s' udìa d' orgogli, e d' onte,
E ch' ebbe al ferro, a l' aste, ed a la face
Che il furor ministrò, le man sì pronte;
Non osa (e i detti alteri ascolta, e tace)
Fra timor, e vergogna, alzar la fronte:
E sostien, ch' Argillano, ancor che cinto
De l' arme lor, sia da' ministri avvinto.

79

Quis furor, o Comites, quae tanta insania mentis?
Incassum cur arma fremunt? Quis castra tumultu
Miscet? Ubi reverentia? Sive ubi cultus honoris?
Ergo nostra fides post tot discrimina rerum
Haeret adhuc anceps? Heu! Gothfredumque dolosum
Est qui dicat adhuc petulans, habeatque sequaces?
Speratis frustra Gothfredum tendere palmas,
Atque genu posito vobis edicere causas:

80

Absit, ut omnem fama mei memorata per orbem
Nominis intacti maculetur labe perenni:
Semper honos animum tetigit, tangetque per aevum,
Semper honos pro me stabit, verumque manebit.
Interea modo praevaleat clementia culpae,
Nec poenis, uti fas esset, vexentur iniqui;
Sed placet hanc meritis vestris concedere noxam,
Et veniam tribuo vestri ratione Rinaldi.

81

Morte sua commune nefas piet ipsemet unus
Argillanus, tot radixque, caputque malorum.
Ipse levi qua, nescio, suspicione subactus
Impulit et reliquos in inexcusabile crimen.
Ardebant oculi; ardebant quoque fulgura et ignes
Gothfredi in vultu de majestate loquentis.
Ipsemet Argillanus iners obmutuit ore,
Palluit, et vultus iram trepidatque, timetque.

82

Caetera turba furens, nuper quae exarserat ira,
Et rapidos fremitus, et murmura saeva minarum
Spargebat late, subvertere cuncta parata,
Arma, facesque abigit, quas jam porrexerat ardor,
Atque silens veneranda ducis capit aure loquentis
Dicta, nec ora efferre audet suffusa pudore;
Et passa est oculis aequis, daret Argillanus
Tot quamvis circumdatus armis, colla catenis.

83

Così Leon, ch' anzi l' orribil coma
Con muggito scotea superbo, e fero,
Sè poi vede il maestro, onde fu doma
La natia ferità del core altero;
Può del giogo soffrir l' ignobil soma,
E teme le minacce, e 'l duro impero:
Nè i gran velli i gran denti, e l' unghie, ch' anno
Tanta in se forza, insuperbire il fanno.

84

È fama, che fu visto in volto crudo,
Ed in atto feroce, e minacciante
Un alato guerrier tener lo scudo
De la difesa al pio Buglion davante;
E vibrar fulminando il ferro ignudo,
Che di sangue vedeasi ancor stillante.
Sangue era forse di città, e di regni,
Che provocar del cielo i tardi sdegni.

85

Così cheto il tumulto, ognun depone
L' arme, e molti con l' arme il mal talento.
E ritorna Goffredo al padiglione,
A varie cose, a nove imprese intento:
Ch' assalir la cittade egli dispone,
Pria che 'l secondo, o il terzo dì sia spento:
E rivedendo va l' incise travi,
Già in macchine conteste orrende, e gravi.

Fine del Canto Ottavo.

83

Non secus, ac Leo, quin uper cervice comantes
Ore jubas rugiente ferox quassabat anhelus,
Adventare sibi cernit si forte magistrum,
Qui illum nativa domita feritate subegit,
Vile jugum pondusque grave haud perferre recusat,
Atque minas, vocemque timet, regimenque superbum,
Nec coma; nec dentes, summis nec viribus ungues
Extimulant animos; tumefacta superbia cadit.

84

Fama refert, perhibentque fuisse per aera visum
Aligerum praestantem armis; vultuque, minaci
Ante Ducem laeva scutum coeleste tenere,
Monstraret quo illum esse suo sub numine tutum:
Fulmineum dextra gladium jam jam feriturum
Ille vibrabat, et atro mucro cruore madebat;
Sanguis erat forsan, dederant quem Regna nefanda,
Sive urbes, superos prava quae mente fatigant.

85

Denique pacato sic ponit quisque tumultu
Arma manu, simul atque animos plerique feroces;
Gothfredusque petit rursum tentoria laetus,
Mente revolvens et nova coepta, novosque labores;
Namque struit muros Sion invadere ferro,
Ante bis aut ter quam discedat vesper olympo.
Intereà incisas lustrat pinusque, trabesque
Jam compactas in moles altasque, gravesque.

Finis Libri Octavi.

CANTO

NONO

ARGOMENTO.

Tosto ch' orrida notte il Ciel coprio,
Arma Aletto il Soldan d' ire omicide:
Ond' ei co' suoi, che da l' Arabia unio,
Assal l' oste fedel, fere, ed ancide.
Ma già il mostro infernal l' Angel di Dio
Scaccia; e prendono ardir le genti fide:
E prende il Turco al fin la fuga, e 'l corso,
Che di prodi guerrier' giunto è soccorso.

1

Ma il gran mostro infernal, che vede quei
Que già torbidi cori, e l' ire spente;
E cozzar contra 'l fato, e i gran decreti
Svolger non può de l' immutabil mente;
Si parte, e dove passa i campi lieti,
Secca, e pallido il Sol si fa repente:
E d' altre Furie ancora, e d' altri mali
Ministro a nova impresa affretta l' ali.

1

Ella, che da l' esercito Cristiano,
Per industria sapea de' suoi consorti,
Il figliuol di Bertoldo esser lontano,
Tancredi, e gli altri più temuti, e forti;
Disse: Che più s' aspetta; or Solimano
Inaspettato venga, e guerra porti.
Certo (o ch' io spero) alta vittoria avremo
Di campo mal concorde, e in parte scemo.

LIBER

NONUS.

ARGUMENTUM.

Alecto Solimanum acuit, quo praelia noctu
Misceat. Ille furens invadit castra sepulta
Somno. Fit caedes: Verum miseratus ab alto
Omnipotens mala Christiadum depellit in orcum
Tartareas turmas: Michael sua tela coruscat.
Denique disjectis Thracum sic undique rebus,
Armidae comites redeunt ad castra soluti:
Desperat Solymanus jam reparare ruinas.

1

Ast ubi pacatos animos, irasque peremptas
Conspicit indignans animis furialis Erinnys,
Nec sibi posse dari fatorum evertere leges,
Aut mentem immotam Saeclis variare Tonantis,
Abscedit, viridesque arent sub passibus herbae,
Qua fugiens premit arva pede, et sol pallidus extat.
Illa volans nova caepta parat, nova crimina miscet,
Auxilio unanimesque vocat scelerata Sorores.

2

Noverat ipsa satis fortem procul esse Rinaldum
Christiadum castris, nec non Tangremque valentem.
Insuper et quot erant animis, et robore firmo,
Diversis actos fatis, et fraude sororum;
Eja age, dixit, quae mora? Nunc Solimanus ab oris
Non expectatus veniat; Martemque reportet:
De castris, ubi nulla jugat concordia mentes;
Et Vires demptae, mihi spes est alta triumphi.

3

Ciò detto, vola ove fra squadre erranti
Fattosene duce, Soliman dimora:
Quel Soliman, di cui non fu tra quanti
Ha Dio rubelli, uom più feroce allora;
Nè, se per nova ingiuria i suoi giganti
Rinnovasse la terra, anco vi fora.
Questi fu Re, de' Turchi, ed in Nicea
La sede de l'imperio aver solea.

4

E distendeva incontro a i Greci lidi
Dal Sangario al Meandro il suo confine:
Ove albergar già Misi, e Frigi, e Lidi,
E le genti di Ponto, e le Bitine.
Ma poi che contra Turchi e gli altri infidi
Passar' ne l'Asia l'armi peregrine,
Fur sue terre espugnate, ed ei sconfitto
Ben due fiate in general conflitto.

5

E ritentata avendo in van la sorte,
E spinto a forza dal natio paese.
Ricoverò del Re d'Egitto in corte,
Ch' oste gli fu magnanimo, e cortese:
Ed ebbe a grado, che Guerrier sì forte
Gli s' offrisse compagno a l'alte imprese;
Proposto avendo già vietar l'acquisto
Di Palestina a i cavalier di Cristo.

6

Ma prima ch' egli apertamente lorò
La destinata guerra annunziasse;
Volle, che Solimano, a cui molto oro
Diè per tal uso, gli Arabi assoldasse.
Or, mentre ei d'Asia, e del paese Moro
L' oste accogliea, Soliman venne, e trasse
Agevolmente a se gli Arabi avari,
Ladroni in ogni tempo, e mercenari.

3

Dixit, et acer ubi Solimanus in arma catervas
Ducebat profugas, pennis volat ocyor euro;
Ad Solimanum illum, quo non truculentior alter
Omnibus ex illis, qui spernunt jura Tonantis.
Nec, si terra feros partus, nova monstra, Gigantes
Gigneret ausuros iterum conscendere coelos,
Surgeret illi par. Turcarum sceptra tenebat,
Imperiique sui Niceae fixerat arces.

4

Ille sui fines Regni e regione Pelasgi
Usque ad Sangarium pandebat ab amne Meandri,
Has Misi tenuere plagas, Lydique, Phrygesque;
Hic Bithynia quondam erat, hic quoque Pontica tellus,
At postquam adversus Turcas, aliosque rebelles
In terras Asiae Hesperiae petiere cohortes,
Eversae, domitaeque fuerunt oppida, et urbes,
Ipseque bis duplici fuit in certamine victus.

5

Cumque retentasset vano molimine sortem,
Sedibus et patriis propulsus saepe fuisset,
Se penes Ægypti fractum, profugumque recepit
Regem, qui hospitio excepit generosus amicum;
Et placuit, sibi quod bello fortissimus heros
Accedat comes, atque ausis incoepta secundet;
Namque viris Christi fixum contendere terras
Isacidum, rapidosque triumphis sistere cursus.

6

Ante tamen Martis quam bellum ediceret ipsis,
Immensum argenti Solimano pondus, et auri
Rex dederat, voluitque Arabum conscriberet ille
Turmas quam multas pretio sua signa sequentes.
Se dederat Solimanus ei, quo tempore turmas
Ex Asia, ac Lybia simul ipse sub arma vocabat.
Tunc Arabes auri cupidos, semperque latrones,
Diversis pretio ductos collegit ab oris.

11

Non ci aspetta egli, e non ci teme, e sprezza
Gli Arabi ignudi in vero, e timorosi:
Nè creder mai potrà, che gente avvezza
A le prede, a le fughe, or cotanto osi:
Ma fieri gli farà la tua fierezza
Contra un campo, che giaccia inerme, e posi.
Così gli disse; e le sue furie ardenti
Spirogli al seno, e si mischiò tra' venti.

12

Grida il Guerrier levando al ciel la mano:
O tu, che furor tanto al cor m' irriti:
Ned uom sei già, sebben sembiante umano
Mostrasti, ecco io ti seguo, ove m' inviti,
Verrò, farò là monti, ov' ora è piano,
Monti, d' uomini estinti, e di feriti;
Farò fiumi di sangue. Or tu sia meco,
E reggi l' arme mie per l' aer cieco.

13

Tace, e senza indugiar le turbe accoglie,
E rincora parlando il vile, e 'l lento;
E ne l' ardor de le sue stesse voglie
Accende il campo a seguitarlo intento.
Dà il segno Aletto de la tromba, e scioglie
Di sua man propria il gran vessillo al vento.
Marcia il campo veloce, anzi sì corre,
Che de la fama il volo anco precorre.

14

Va seco Aletto, e poscia il lassa, e veste
D' uom, che rechi novelle, abito, e viso:
E ne l' ora, che par che 'l mondo reste
Fra la notte, e fra 'l dì dubbio, e diviso,
Entra in Gerusalemme; e tra le meste
Turbe passando, al Re dà l' alto avviso
Del gran campo, che giunge, e del disegno,
E del notturno assalto e l' ora, e 'l segno.

11

Ipse nec expectat, nec nos formidat euntes,
Et nudos, pavidosque Arabes contemnit inermes:
Assuetam raptis poterit nec credere gentem,
Assuetamque fugae unquam audere lacessere bella.
Ast animos, viresque dabit tua strenua virtus
Castra inimica petens somno, vinoque sepulta.
Sic ait; ardentesque afflavit in ossa furores;
Inque leves abiit subito, ceu fumus in auras.

12

Extulit ad coelum palmas acerrimus armis
Exclamans: Qui tanto irritas corda furore,
Quisquis es; haud tu mortalis; Tu missus ab alto:
Teque sequar, quocumque feras, adsisque labori.
Adveniam; assurgent montes ubi vallis opaca,
Sed montes hominum ferali cæde peremptum;
Murmure decurrent per campos sanguinis amnes:
Tu faveas mihi; Tu rege dextram: Tu arma per umbras.

13

Nec mora: Colligit errantes hinc inde cohortes,
Et viles, tardosque animos accendit ad iras,
Ardentesque suas illorum in pectora flammas
Afflavit; quocumque ferat Dux ire parati.
Dat signum Alecto cornu, et vexilla cruenta
Ipsa manu propria tenues expromit in auras:
It velox, quin tam praeceps exercitus omnis
Advolat, ut famam cursu praecurrat euntem.

14

It comes Alecto, mediumque sequuta reliquit;
Induit os, habitumque hominis mandata ferentis;
Ingrediturque Sion, quo jam venientibus umbris
Tempore divisum noctemque, diemque videtur
Esse inter tractusque maris, coelumque profundum;
Praeteriensque vias Solymae squallore refertas
Coepta docet Regem Campi, incursumque patrandum
Nocte silenti, horamque dedit, signumque tremendum.

15

Ma già distendon l'ombre orrido velo,
Che di rossi vapor si sparge, e tigne;
La terra in vece del notturno gelo
Bagnan rugiade tepide, e sanguigne.
S'empie di mostri, e di prodigi il cielo:
S' odon fremendo errar larve maligne:
Votò Pluton gli abissi, e la sua notte
Tutta versò da le tartaree grotte.

16

Per sì profondo orror verso le tende
De gl' inimici il fer Soldan cammina.
Ma quando a mezzo del suo corso ascende
La notte, onde poi rapida dechina;
A men d' un miglio, ove riposo prende
Il securo Francese, ei s' avvicina
Qui fè' cibar le genti, e poscia d' alto
Parlando confortolle al crudo assalto.

17

Vedete là di mille furti pieno
Un campo più famoso assai, che forte:
Che quasi un mar nel suo vorace seno
Tutte de l' Asia ha le ricchezze assorte;
Questo ora a voi (nè gia potria con meno
Vostro periglio) espon benigna sorte.
L' arme, e i destrier d' ostro guerniti, e d' oro
Preda fian vostra, e non difesa loro.

18

Nè questa è già quell' oste, onde la Persa
Gente, e la gente di Nicea fu vinta;
Perchè in guerra sì lunga, e sì diversa.
Rimasa n' è la maggior parte estinta:
E s' anco integra fosse: or tutta immersa
In profonda quiete, e d' arme è scinta.
Tosto s' opprime chi di sonno è carco:
Che dal sonno a la morte è un picciol varco.

15

Jamque tenebroso cingunt velamine mundum
Pallentes umbrae, rubeisque vaporibus ardent;
Nec terram noctis perfundit roscidus humor,
Desiliunt, sed rores sanguinei, atque tepentes:
Aera per vacuum variarum monstra ferarum
Adparent, errantque frementia spectra maligna:
Horrendas tenebris Pluto evacuavit abyssos,
Et totam effudit de vasto gurgite noctem.

16

Per tenebras Stygias, per noctem, umbrasque profundas
Cartsa inimica petit furiis agitatus acerbis
Sultanus; sed ubi medium conscendit in axem
Nox, dein precipitans coelo dilabitur inde,
Accessit propius, quantum brevis hora, quietem
Gallus ubi placidam securus in aggere carpit.
Tum victu revocare jubet viresque, animosque;
Ipse acuit medius dictis ad praelia turmas.

17

Quem praedis oculis campum lustratis onustum,
Ille quidem fama longe est quam clarior armis:
Ille velut mare vasto in gurgite sorbuit omnes
Divitias Asiae, et quas undique terra recludit,
Has vobis (discrimine nescio quove minori)
Nunc vestris votis praebet fortuna secunda:
Quosque videtis equos ostroque, auroque nitentes,
Armaque, sint vobis vestrorum praeda laborum.

18

Et, quem cernitis, hostis longe est dispar ab illo,
Qui Persas gentes bello, qui stravit et armis
Nicaeam; siquidem per tot discrimina Martis
Tota fere periit per caedes illa juventus;
Et licet incolumis foret, attamen illa sub umbras
Victa sopore jacet, nullisque tuentibus armis.
Quam facile fessos per terras sternere ferro!
Qui dormit, prope nil differt a corpore trunco.

19

Su su, venite io primo aprir la strada
Vuo' su i corpi languenti entro a i ripari,
Ferir da questa mia ciascuna spada,
E l' arti usar di crudeltate impari.
Oggi fia che di Cristo il regno cada:
Oggi libera l' Asia, oggi voi chiari.
Così gl' infiamma a le vicine prove:
Indi tacitamente oltre lor move.

20

Ecco tra via le sentinelle ei vede
Per l' ombra mista d' una incerta luce:
Nè ritrovar (come secura fede
Avea) puote improvviso il saggio Duce.
Volgon quelle gridando in dietro il piede,
Scorto, che sì gran turba egli conduce:
Sì che la prima guardia è da lor desta,
Che com' può meglio, a guerreggiar s' appresta.

21

Dan fiato allora a i barbari metalli
Gli Arabi, e certi omai d' esser sentiti.
Van gridi orrendi al Cielo, e de' cavalli
Co 'l suon del calpestio misti i nitriti.
Gli alti monti muggir', muggir' le valli,
E risposer' gli abissi a i lor muggiti:
E la face innalzò di Flegetonte
Aletto: e 'l segno diede a quei del monte.

22

Corre innanzi il Soldano, e giunge a quella
Confusa ancora, e inordinata guarda,
Rapido sì, che torbida procella
Da' cavernosi monti esce più tarda:
Fiume, ch' arbori insieme, e case svella,
Folgore, che le torri abbatta, ed arda,
Terremoto, che il mondo empia d' orrore,
Son picciole sembianze al suo furore.

19

Eja favete animis; ego vallum primus adibo,
Perque viam sternam languentia corpora somno:
Quisque per hanc dextram perdiscat caedere ferro,
Discat ad exemplum artes exercere furoris.
Nox est, quae Christi fortassis Regna dehiscant,
Qua nexus Asiae per vos frangantur aheni,
Qua vobis erit aeternum per saecula nomen.
His dictis animos acuit, castrisque propinquat.

20

Ecce videt procul interno radiante per umbras
Lumine custodes, quibus est vigilare per agros:
Infremuit, nam spes animum, mentemque fovebat
Certa Ducem incautum percellere nocte silenti.
Illi extemplo retro pedem clamore reportant,
Ingentes ubi noscunt adventare cohortes:
Prima quidem statio mox experrecta resumit,
Ut datur, arma, paratque ferocem invadere Martem.

21

Tunc Arabum insonuere tubae simul aere canoro,
Haud dubii, quod non detur amplius ire latenter.
It caelo clamorque virum, clangorque tubarum,
Quadrupedesque suis umbras hinnitibus implent:
Intonuere poli, montes, vallesque profundae,
Et gemitus barathra ingentes concussa dedere.
Extulit ardentem taedam Phlegetontis Erynnis,
Signumque exitiale dedit custodibus arcis.

22

Ante alios se fert praeceps Sultanus ad illas
Excubias subito perculsas corda pavore;
Segnior ut stridens clausis Aquilone procella
Abrumpat specubus caelo reboante per auras.
Exundans flumen, quod tecta evellat, et ornos;
Flammiferum fulgur, quod turres sternat, et urat;
Abdita vis, qua terra tremens deterreat orbem,
Vix referunt Solymani iras, caecosque furores.

23

Non cala il ferro mai, ch' appien non colga:
Nè coglie appien, che piaga anco non faccia:
Nè piaga fa, che l' alma altrui non tolga.
E più direi; ma il ver di falso ha faccia.
E par, ch' egli o s' infinga, o non sen dolga,
O non senta il ferir de l' altrui braccia;
Se ben l' elmo percosso in suon di squilla
Rimbomba, e orribilmente arde, e sfavilla.

24

Or quando ei solo ha quasi in fuga volto
Quel primo stuol de le Francesche genti;
Giungono in guisa d' un diluvio accolto
Di mille rivi gli Arabi correnti.
Fuggono i Franchi allora a freno sciolto;
E misto il vincitor va tra' fuggenti,
E con lor entra ne' ripari: e 'l tutto
Di ruine, e d' orror s' empie, e di lutto.

25

Porta il Soldan su l' elmo orrido, e grande
Serpe, che si dilunga, e 'l collo snoda:
Su le zampe s' innalza, e l' ali spande,
E piega in arco la forcuta coda:
Par, che tre lingue vibri, e che fuor mande
Livida spuma, e che 'l suo fischio s' oda:
Ed or, ch' arde la pugna, anch' ei s' infiamma
Nel moto, e fumo versa insieme, e fiamma.

26

E si mostra in quel lume a' riguardanti
Formidabil così l' empio Soldano,
Come veggion ne l' ombra i naviganti
Fra mille lampi il torbido Oceano.
Altri danno a la fuga i piè tremanti;
Danno altri al ferro intrepida la mano:
E la notte i tumulti ognor più mesce,
Ed occultando i rischj, i rischj accresce.

23

Non demittit ferrum, quin offendat abunde;
Nec satis offendit, quin foedo vulnere laedat;
Vulnera nec pandit, quin vocem animamque resolvat;
Plura quidem sererem, sed verba dolosa videntur.
Vulnere confossus, ferme nec vulnera sentit,
Et simulans spernit, vel dissimulare videtur,
Pulsa licet cassis telis sonet aeris ad instar,
Atque micans igni scintillas mittat in auras.

24

Ast ubi Gallorum primum quasi solus abegit
Agmen aperto Marte ferox Solymanus in armis,
Effundunt se se glomerati Arabes, velut undans
Diluvium, seriem quod colligat undique aquarum.
Diffugiunt Galli, nullas persentit habenas
Namque metus, rapidique petunt tentoria cursu:
Miscentur Gallis Arabes, mixtique per umbras
Castra inimica adeunt, et caedibus omnia complent.

25

Serpentem Solymanus fert in casside magnum,
Qui insurgens capiti sinuoso elabitur horrens
Flexu: Ille erigitur plantis, atque explicat alas;
Bisulcam spiris caudam convolvit in arcum;
Tres linguas vibrare putares ore trisulcas,
Et dare spumas, et dare sibila dira per auras;
Ergo ubi nunc flagrat Mavortia pugna per hostes
Fervet, et ipse ignem, fumumque emittit in umbras.

26

Non aliter Solymanus formidabilis adstat
Fulgores inter noctis spectantibus illum,
Ac nautis procul oceanus se se horridus offert,
Cum fremit indignans, austrisque furentibus albet.
Diffugiunt alii celeres, pedibusque salutem
Quaerunt: Arma manu capiunt aliique furentes:
Horrendos magis, atque magis nox ipsa tumultus
Miscet, et occultans auget discrimina rerum.

27

Fra color, che mostraro il cor più franco,
Latin, su 'l Tebro nato, allor si mosse:
A cui nè le fatiche il corpo stanco,
Nè gli anni dome aveano ancor le posse.
Cinque suoi figli quasi eguali al fianco
Gli erano sempre, ovunque in guerra ei fosse;
D' arme gravando anzi il lor tempo molto
Le membra ancor crescenti, e 'l molle volto:

28

Ed eccitati dal paterno esempio
Aguzzavano al sangue il ferro, e l' ire.
Dice egli loro: Andianne, ove quell' empio
Veggiam ne' fuggitivi insuperbire.
Nè già ritardi il sanguinoso scempio,
Ch' ei fa de gli altri, in voi l' usato ardire:
Però che quello, o figli, è vile onore,
Cui non adorni alcun passato orrore.

29

Così feroce leonessa i figli,
Cui dal collo la coma anco non pende,
Nè con gli anni lor sono i feri artigli
Cresciuti, e l' arme de la bocca orrende,
Mena seco a la preda, ed a perigli:
E con l' esempio a incrudelir gli accende
Nel cacciator, che le natie lor selve
Turba, e fuggir fa le men forti belve.

30

Segue il buon genitor l' incauto stuolo
De' cinque, e Soliman assale, e cinge.
E in un sol punto un solo consiglio, e un solo
Spirito quasi sei lunghe aste spinge.
Ma troppo audace il suo maggior figliuolo
L' asta abbandona; e con quel fier si stringe:
E tenta in van con la pungente spada,
Che sotto il corridor' morto gli cada.

27

Qui prior est ausus secum contendere ferro,
Romuleas fuit ille Latinus natus ad oras;
Cui nondum domuere senilia membra labores,
Non anni validas longaevo in corpore vires.
Quinque sibi similes, quamvis sint disparis aevi,
Semper habet comites, dum miscet praelia natos:
Membra parens armis crescentia presserat ante
Tempus, et aerata juveniles casside frontes.

28

Patris ad exemplum juvenilia corda cruori
Exacuebant; unde illis sic ore loquutus
Mente ferox Genitor: Nati, properemus ad illum,
Qui in nostros audet refugas saevire per aequor;
Nec Suetos animos in vobis illa retardet
Cruda virum caedes, qua campum horroribus implet;
Vilis honos etenim, quem non praecesserit horror;
Vestra quidem virtus, nati, laudesque manebunt.

29

Ducere saepe solet sic secum hircana leaena
Ad praedam per silvas, et discrimina natos,
Queis nondum pendent crines cervice comantes,
Nec pedibus teneros ungues crevere per annos,
Horrida nec dentes armarunt ora minaces.
Illa docet natos teneros saevire feroces
In venatorem, silvas qui et lustra fatigat,
Et molles, timidasque feras in saltibus angit.

30

Subsequitur generosa patris vestigia proles,
Invaduntque hostem pariter mediumque coronant:
Mens eademque, animusque idem uno tempore torquet
Sex hastas longas, Solymanum et sternere tentant.
At nimium petulans heu! natu maximus hastam
Linquit, et insurgens petit hostem cominus ense:
Confodere incassum tentat mucrone corusco
Quadrupedem Solymano, sed spes vana fefellit.

31

Ma, come a le procelle esposto monte,
Che percosso da i flutti al mar sovraste,
Sostien fermo in se stesso i tuoni, e l'onte
Del cielo irato, e i venti e l'onde vaste;
Così il fero Soldan l'audace fronte
Tien salda incontro a i ferri, e incontro a l'aste;
Ed a colui, che 'l suo destrier percote,
Tra i cigli parte il capo, e tra le gote.

32

Aramante al fratel, che giù ruina,
Porge pietoso il braccio, e lo sostiene:
Vana, e folle pietà, ch' a la ruina
Altrui la sua medesma a giunger viene,
Ch' il Pagan su quel braccio il ferro inchina,
Ed atterra con lui chi a lui s' attiene.
Caggiono entrambi, e l'un su l'altro langue,
Mescolando i sospiri ultimi, e 'l sangue.

33

Quinci egli di Sabin l'asta recisa.
Onde il fanciullo di lontan l'infesta,
Gli urta il cavallo addosso, e 'l coglie in guisa,
Che giù tremante il batte, indi il calpesta.
Dal giovinetto corpo uscì divisa
Con gran contrasto l'alma, e lasciò mesta
L'aure soavi de la vita, e i giorni
De la tenera età lieti, ed adorni.

34

Rimanean vivi ancor Pico, e Laurente,
Onde arricchì un sol parto il genitore:
Similissima coppia, e che sovente
Esser solea cagion di dolce errore.
Ma se lei fe' Natura indifferente,
Differente or la fa l'ostil furore,
Dura distinzion, ch' a l'un divide
Dal busto il collo, a l'altro il petto incide.

31

Ille (velut rupes, vastum quae prodit in aequor,
Obvia ventorum furiis, expostaque ponto,
Vim cunctam, atque minas perfert caelique, marisque
Ipsa immota manens) pectus frontemque superbam
Objicit impavidus telis, hastisque juventae;
Interea sonipem vano molimine ferro
Sternere nitenti, nimiumque molesta ferenti
Cristatam scindit bifido sub vulnere frontem.

32

Volvitur in caput ille miser, fratrique ruenti
Accurrens Aramas supponit brachia moerens:
Quid prodest heu! Si fratris miseratus acerbam
Ipse sibi peperit propriam cum fratre ruinam?
Namque ferox ictum geminat, ferroque lacertos
Obtruncat, geminosque simul prosternit arena:
Procumbunt, gemitusque simul cum sanguine miscent:
Artus languor habet; clauduntur lumina morte.

33

Urget equum inde ferus Sabini ulturus atroces
Injurias vexantis eum procul eminus hasta;
Hinc puerum pulsat tanta vi, ut cuspide fracta
Sternat humi, pedibusque terat, vitamque resolvat.
Spiritus excessit juvenili corpore luctans,
Nec strictos poterat membris dissolvere nexus;
Denique vitales auras, dulcesque reliquit
Vernantes annos, atque aurea tempora vitae.

34

Picus adhuc erat his super, et Laurentius, una
Queis partus genitorem jam ditaverat idem;
Sic similes oculis, manibus, vultuque, capillis,
Dulcis ut erroris genitoribus esse solerent
Causa; sed illos si similes natura creavit,
Dissimiles hostilis nunc furor efficit, Eheu!
Namque uni ille ferus collo caput abstulit ense,
Alterius verum transfodit cuspide pectus.

35

Il padre (ah non più padre ! ah fera sorte,
Ch' orbo di tanti figli a un punto il face !)
Rimira in cinque morti or la sua morte,
E de la stirpe sua, che tutta giace:
Nè so, come vecchiezza abbia sì forte
Ne l'atroci miserie, e sì vivace,
Che spiri, e pugni ancor, ma gli atti, e i visi
Non mirò forse de' figliuoli uccisi.

36

E di sì acerbo lutto agli occhi sui
Parte l' amiche tenebre celaro.
Con tutto ciò nulla sarebbe a lui,
Senza perder se stesso, il vincer caro.
Prodigo del suo sangue, e de l' altrui
Avidissimamente è fatto avaro;
Nè si conosce ben, qual suo desire
Paja maggior, l' uccidere, o 'l morire.

37

Ma grida al suo nemico, È dunque frale
Sì questa mano, e in guisa ella si sprezza,
Che con ogni suo sforzo ancor non vale,
A provocare in me la tua fierezza?
Tace, e percossa tira aspra, e mortale,
Che le piastre, e le maglie insieme spezza;
E su 'l fianco gli cala, e vi fa grande
Piaga, onde il sangue tepido si spande.

38

A quel grido, a quel colpo in lui converse
Il barbaro crudel la spada; e l' ira.
Gli aprì l' usbergo, e pria lo scudo aperse;
Cui sette volte un duro cuojo aggira:
E 'l ferro ne le viscere l' immerse.
Il misero Latin singhiozza, e spira,
E con vomito alterno or gli trabocca
Il sangue per la piaga, or per la bocca.

35

Tum pater, heu! jam non pater, heu, viduatus iniqua
Sorte manet natis, quos omnes abstulit una
Lux, in natorum fatis sua fata legebat,
Progeniemque suam lethali funere mersam.
Qua ratione gerat tanta virtute senectam
Post tot natorum triste, et miserabile funus,
Nescio, ut auras carpet adhuc, et praelia tentet,
Natorum vultus forsan latuere parentem.

36

Nox forsan tenebris patris miserata dolorem
Occuluit densis illi de caede peracta
Plurima. Sed quid adhuc restat? Nec vincere dulce,
Esset ubi proprio gravior victoria letho.
Prodigus ipse sui, alterius de sanguine avarus,
Marte furens ulcisci umbras postrema retentat:
Nescit in incerto an melius sit vincere ferro,
Quam natis orbum generosae occumbere morti.

37

Tum vero increpitans hostem sic voce lacessit:
Ergone tam temnenda manus, vel fracta vigore
Haec erit, ut valeat nullo conamine corda
Irritare tua in caput hoc, animosque feroces?
Haec fatus magnis emittit viribus hastam:
Illa volans hosti transverberat aere catenas,
Transadigit costas, et vulnere pectora rumpit.
It fumans cruor, ac tellus perfusa rubescit.

38

Ille ferox dictis, atque ictu concitus, iram
Fulmineumque amens ferrum convertit in illum.
Ære cavo clypeum fodit septemplicis orbis
Taurinae pellis; fodit thoraca catenis
Intextum, et ferrum adverso sub pectore condit.
Corruit in vulnus moriens miser ille Latinus,
Singultusque inter mox evomit ore cruorem,
Et cruor arva rigat calidus per vulnera missus.

39

Come ne l' appennin robusta pianta,
Che sprezzò d' Euro, e d' Aquilon la guerra,
Se turbo inusitato al fin la schianta;
Gli alberi intorno ruinando atterra:
Così cade egli; e la sua furia è tanta,
Che più d' un seco tragge, a cui s' afferra.
E ben d' uom sì feroce è degno fine,
Che faccia ancor morendo alte ruine.

40

Mentre il Soldan sfogando l' odio interno
Pasce un lungo digiun ne' corpi umani,
Gli Arabi inanimiti aspro governo
Anch' essi fanno de' guerrier' Cristiani.
L' Inglese Enrico, e 'l Bavaro Oliferno
Muojono, o fer Dragutte, a le tue mani.
A Gilberto, a Filippo Ariadeno
Toglie la vita, i quali nacquer su 'l Reno.

41

Albazar con la mazza abbatte Ernesto:
Sotto Algazel cade Engerlan di spada.
Ma chi narrar potria quel modo, o questo
Di morte, e quanta plebe ignobil cada;
Sin da que' primi gridi erasi desto
Goffredo, e non istava intanto a bada.
Già tutto è armato, e già raccolto un grosso
Drappello ha seco, e già con lor s' è mosso.

42

Egli, che dopo il grido udì il tumulto,
Che par, che sempre più terribil suoni:
Avvisò ben, che repentino insulto
Esser dovea de gli Arabi ladroni.
Che già non era al Capitano occulto,
Ch' essi intorno correan le regioni;
Benchè non istimò, che sì fugace
Volgo mai fosse d' assalirlo audace.

39

Qualis in Ausoniis annoso robore quercus
Montibus, excussit vires quae Aquilonis, et Euri,
Si imber inopinus forte illam evertit ab imo,
Procumbens circum prosternit pondere sylvas,,
Sic ruit ille, suoque trahit cum pondere secum
Quotquot erant prope, queisque labans innititur ipse;
Et fas certe erat, ut bello fortissimus heros
Ingentem moriens pariat, vastamque ruinam.

40

Dum mentem infensam exercens Sultanus alebat
Longa cruore virum jejunia corde feroci,
Exemplo stimulati Arabes miseranda per agros
Funera Christiadum faciunt, caedesque nefandas.
Sternitur Henricus per Te, Drautte, Britannus,
Sternitur atque audens Holifernes natus ad Istrum.
Gilberto, Philippoque Ariadenus ad oras
Exortis Rheni infesto vitam abstulit ense.

41

Albazar Ernestum clava prosternit arena:
Algazel Ergellano ensem sub pectore condit.
Quis numerare potest quae funera facta per hostes,
Quotve modis periit miserum sine nomine vulgus?
Excitus interea primis clamoribus arma
Cinxerat insomnis Rector, validamque cohortem
Legerat, et dicto citius stetit agmen aperto
In campo: Rebus jam fas succurrere lapsis.

42

Audierat gemitumque virum, sonitumque tubarum;
Insuper et campum medio flagrante tumultu
Misceri magis, atque magis, putat esse Sabaeos,
Qui vallum subiissent nocte cupidine praedae;
Namque Duci jam notum illos percurrere terras
Affines; et more latronum vivere rapto:
Credere non poterat verum tam ignobile vulgus
Ausurum in densos hostes irrumpere ferro.

43

Or mentre egli ne viene, ode repente
Arme, arme replicar da l' altro lato:
Ed in un tempo il cielo orribilmente
Intonar di barbarico ululato.
Questa è Clorinda, che del Re la gente
Guida a l' assalto, ed ave Argante a lato.
Al nobil Guelfo, che sostien sua vice,
Allor si volge il Capitano, e dice:

44

Odi qual novo strepito di Marte
Di verso il colle, e la città ne viene;
D' uopo là fia, che 'l tuo valore, e l' arte
I primi assalti de' nemici affrene.
Vanne tu dunque, e là provvedi, e parte
Vuo' che di questi miei teco ne mene;
Con gli altri io me n' andrò da l' altro canto
A sostener l' impeto ostile intanto.

45

Così fra lor concluso, ambo gli move
Per diverso sentiero egual fortuna.
Al colle Guelfo, e 'l Capitan va dove
Gli Arabi non han contesa alcuna.
Ma questi andando acquista forze, e nove
Genti di passo in passo ognor raguna.
Tal che già fatto poderoso, e grande
Giugne, ove il fero Turco il sangue spande.

46

Così scendendo dal natio suo monte
Non empie umile il Pò l' angusta sponda:
Ma sempre più, quanto è più lunge al fonte,
Ei nove forze insuperbito abbonda:
Sovra i rotti confini alza la fronte
Di tauro, e vincitor d' intorno inonda:
E con più corna Adria respinge, e pare,
Che guerra porti, e non tributo al mare.

43

Dum venit ipse suis, audit clamore per auras
Adversa parte arma, iterumque, iterumque reposci;
Barbaricis tum ingens ululatis personat axis,
Et fremitus umbras noctis, coelumque fatigant.
Ducit in apertum Regis Clorinda cohortes,
Argantem comitemque sibi selegerat ipsa:
Tum Dux Alloquitur Guelphum, qui saepe gerebat
Officiumque, vicesque suas, ac talia mandat.

44

Quae nova vox, strepitusque novus de colle propinquo
Bella nefanda ciens nostras defertur ad aures?
Fas ergo hostiles illic cohibere furores,
Sitque tuum praestans armis fortissime Guelphe.
Vade igitur cito (quidquid erit) Tu consule rebus,
De nostra verum partem tibi junge cohorte:
Cum reliquis pergam interea, laevamque tenebo,
Atque Arabes hinc ense metam, valloque repellam.

45

Sic placitum: oppositas abiere vias per opaca
Noctis; sed geminos eadem fortuna tegebat:
Succedit Guelphus colli, Rectorque petivit
Quo jam nunc Arabes certamina nulla ferebant;
Sed passim vires Gothfredo adduntur eunti,
Et magis, atque magis vadens legit undique turbas;
Jamque manus glomerata potens effecta per agros
Pervenit ad loca, ubi Solimanus castra metebat.

46

Talis ab ingenito labens Padus indigus undis
Monte, cavas quamvis humiles vix obstruit oras;
Sed quo longius ille a fonte per arva recedit,
Affluit uberius lymphis spumantibus undis:
Sub Taurinum disruptis jam gurgite ripis
Extollit frontem victor super arva superbam,
Adriaeumque impellens multa per ostia ponto
Praelia quin potius, quam ferre tributa videtur.

47

Goffredo, ove fuggir l' impaurite
Sue genti vede, accorre, e le minaccia.
Qual timor, grida, è questo? ove fuggite?
Guardate almen chi sia quel, che vi caccia.
Vi caccia un vile stuol, che le ferite
Nè ricever, nè dar sa ne la faccia:
E se 'l vedranno incontra a se rivolto,
Temeran l' arme sol del vostro volto.

48

Punge il destrier, ciò detto, e là si volve,
Ove di Soliman gl' incendj ha scorti.
Va per mezzo del sangue, e de la polve,
E de' ferri, e de' rischj, e delle morti.
Con la spada, e con gli urti apre, e dissolve
Le vie più chiuse, e gli ordini più forti:
E sossopra cader fa d' ambo i lati
Cavalieri, e cavalli, arme, ed armati.

49

Sovra i confusi monti a salto a salto
De la profonda strage oltre cammina.
L' intrepido Soldan, che 'l fero assalto
Sente venir, no 'l fugge, e no 'l declina;
Ma se gli spinge incontra, e 'l ferro in alto
Levando per ferir gli si avvicina.
Oh quai duo cavalieri or la fortuna
Da gli estremi del mondo in prova aduna!

50

Furor contra virtute or qui combatte
D' Asia in un picciol cerchio il grande impero.
Chi può dir, come gravi, e come ratte
Le spade son? quanto il duello è fero?
Passo qui cose orribili che fatte
Furon, ma le coprì quell' aer nero,
D' un chiarissimo Sol degne, e che tutti
Siano i mortali a riguardar ridutti.

47

Ast ubi pulsa metu convertere terga per aequor
Agmina conspexit, minitans Dux increpat illos:
Quis timor, o Socii? quae vos dementia cepit?
Qui pellunt vos, vix oculis advertite saltem.
Turma rapax Arabum, quae nec dare vulnera fronti;
Docta nec accipere, est quae vos jam fulmina belli,
Depellit: satis est vobis ostendere vultus,
Cur fugiant rapidi, occultent se seque latebris.

48

Vix ea fatus, equum pulsat, cursumque retorquet,
Fumabant ubi Sultani Vulcania dira.
It praeceps caedes inter, sparsumque cruorem
Pulverulentus equo medios moriturus in hostes.
Proxima quaeque metit ferro, densumque per agmen
Est via facta sibi: cedunt toto aequore turmae:
In caput ex parte armati volvuntur utraque;
Desiliunt una sonipesque, equitesque ruina.

49

Prosiliensque super congesta cadavera saltu
Irrumpit densos alacer Gothfredus in hostes.
At Solymanus atrum venientem turbine nimbum
Conspicit impavidus, nec se se subtrahit inde;
Quin se se fert obvius, adversoque propinquat
Insurgens ferro, jam jam feriturus in illum.
Quam ingentes genitos diversis partibus orbis
Nunc fortuna viros jungit decernere ferro!

50

Hinc, atque hinc furor, et virtus miscentur in unum,
Imperiumque Asiae ex illo certamine pendet:
Invadunt Martem; geminantur tum ensibus ictus;
Dat gemitum tellus; ingens fragor aethera complet.
Praetereo geminos quae tum sunt gesta per hostes,
Digna quidem sole, et longum celebranda per aevum;
Invida sed tenebris nox illa obvolvit obortis,
Et rapuit saeclis praeconia digna futuris.

51

Il popol di Gesù dietro a tal guida
Audace or divenuto, oltre si spinge:
E de' suoi meglio armati a l' omicida
Soldano intorno un denso stuol si stringe.
Nè la gente fedel più, che l' infida,
Nè più questa, che quella il campo tinge;
Ma gli uni, e gli altri, e vincitori, e vinti
Egualmente dan morte, e sono estinti.

52

Come pari d' ardir, con forza pare
Quinci Austro in guerra vien, quindi Aquilone:
Non ei fra lor, non cede il cielo, o il mare;
Ma nube a nube, e flutto a flutto oppone:
Così nè ceder quà, nè là piegare
Si vede l' ostinata aspra tenzone.
S' affronta insieme orribilmente urtando
Scudo a scudo, elmo ad elmo, e brando a brando.

53

Non meno intanto son feri i litigi
Da l' altra parte, e i guerrier' folti, e densi.
Mille nuvole, e più d' Angeli stigi
Tutti han pieni de l' aria i campi immensi;
E dan forza a i Pagani; onde i vestigi
Non è chi indietro di rivolger pensi.
E la fiamma d' inferno Argante infiamma,
Acceso ancor de la sua propria fiamma.

54

Egli anco dal suo lato in fuga mosse
Le guardie, e ne' ripari entrò d' un salto.
Di lacerate membra empiè le fosse,
Appianò il calle, agevolò l' assalto:
Sì che gli altri il seguiro, e fer' poi rosse
Le prime tende di sanguigno smalto;
E seco a par Clorinda, o dietro poco
Sen gìa, sdegnosa del secondo loco.

51

Christiadum generosa cohors Ducis aemula tanti
Circumfusa ruit ferro, et fera praelia miscet:
Ex alia ad Sultanum, qui melioribus armis
Sunt instructi, condensantur parte Sabæi.
Concurrunt manibus; pugnatur viribus aequis,
Christiadumque, Arabumque rubescit sanguine tellus;
Nunc hi, nunc illi feriunt, feriuntur ab illis;
Demittunt letho; mittuntur caede vicissim.

52

Non secus ac magno discordes aethere venti
Praelia commiscent animis, et viribus aequis;
Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedunt;
Anceps pugna diu; stant obnixi omnia contra;
Sic Christo devotae acies, aciesque Sabaeæ
Concurrunt: haeret pede pes, densusque viro vir;
Occurrunt clypei clypeis, simul ensibus enses;
Scintillant galeae; horrescunt tinnitibus aurae.

53

Nec minus ex alia fervent certamina Martis
Parte, ubi concurrunt acies, densaeque catervae;
Mille volant Acherontis monstra per aera circum,
Immensosque replent campos velut agmine facto;
Panchaeis animosque addunt, vestigia retro
Torquere ut nulli subeat sententia menti.
Accensus satis igne suo, proprioque furore
Argas ipse facem ardentem Phlegetontis adurit.

54

Parte sua saltu, excubiis procul inde fugatis,
Circassus validum superaverat aggera campi;
Mactatis ibi caede viris impleverat altas
Fossas, aequavitque vias, aditusque reclusit.
Coetera turba ducis deinhc exempla sequuta
Irruit in castra, et tentoria sanguine tinxit;
Pone subit Clorinda locum indignata secundum,
Irrumpitque furens, et miscet castra tumultu.

55

E già fuggiano i Franchi, allor che quivi
Giunse Guelfo opportuno, e 'l suo drappello,
E volger fe' la fronte a i fuggitivi
E sostenne il furor del popol fello.
Così si combatteva, e 'l sangue in rivi
Correa egualmente in questo lato e in quello.
Gli occhi fra tanto a la battaglia rea
Dal suo gran seggio il Re del ciel volgea.

56

Sedea colà, dond' egli e buono, e giusto
Dà legge al tutto, e 'l tutto orna, e produce;
Sovra i bassi confin' del mondo angusto,
Ove senso, o ragion non si conduce;
E de l' Eternità nel trono augusto
Risplendea con tre lumi in una luce.
Ha sotto i piedi il fato, e la natura,
Ministri umili, e 'l moto, e chi 'l misura,

57

E 'l loco, e quella, che qual fumo, o polve,
La gloria di qua giuso, e l'oro, e i regni,
Come piace là su, disperde, e volve:
Nè Diva cura i nostri umani sdegni.
Quivi ei così nel suo splendor s' involve,
Che v' abbaglian la vista anco i più degni,
D' intorno ha innumerabili immortali
Disegualmente in lor letizia eguali.

58

Al gran concento de' beati carmi
Lieta risuona la celeste reggia.
Chiama egli a se Michele, il quale ne l'armi
Di lucido diamante arde, e lampeggia:
E dice lui: Non vedi or come s' armi
Contra la mia fedel diletta greggia
L' empia schiera d' Averno, e infin dal fondo
De le sue morti a turbar sorga il mondo?

55

Jamque fugam capiebant Galli, cum agmina Guelphi,
Tempus ubi poscebat, pervenere repente;
Utque suos vidit Guelphus dare terga furenti
Arganti, minitans compellit vertere frontem:
Concurrunt manibus; dirus Mars saevit utrinque;
Cuncta fera caede exundant, jam cuncta cruore.
Tum Pater omnipotens alto de vertice olympi
Lumina detorsit terris, et praelia vidit.

56

Ille sedet solio, unde dat aequo pondere leges,
Et bonitate regit, magnus quae continet orbis;
Cuncta suo stant numine; cuncta moventur ab illo,
Terrarumque regit quoque, mens unde exulat, orbem.
Unica sub triplici face fax resplendet ab aevo,
Sub solio prostrata jacent mors, tempus, et aevum.
Proterit et fatum, naturaque jussa facessit,
Paret ei motus, tempus mensuraque motus.

57

Ille replet tractusque maris, coelumque profundum;
Sub pedibus fortuna jacet devincta catenis,
Quae illius ad nutum tenues dissolvit in auras
Imperia, et gazas, velut essent pulvis, et umbra
Hic inter superos is tanta luce coruscat,
Ut proceres primi nequeant attollere vultus:
Circum immortales longo stant ordine Cives;
Inter se se non pariter, pariterque beati.

58

Assiduis resonat stellantis Regia coeli
Carminibus, cantum superum modulante Senatu.
Advocat e Solio Michael Rex magnus olympi,
Qui fulgentibus armis ex adamante coruscat;
Nonne vides, inquit, Phlegetontis ut agmina tetri
Dilectam gentem nostram, populumque fatigant?
Nonne vides caecis pallentia monstra cavernis
Rupta foras turbare globum, atque expellere pacem?

59

Va, dille tu, che lasci omai le cure
De la guerra a i guerrier', cui ciò conviene;
Né il regno de' viventi, nè le pure
Piagge del ciel conturbi, ed avvelene.
Torni a le notti d'Acheronte oscure,
Suo degno albergo, a le sue giuste pene:
Quivi se stessa, e l'anime d'abisso.
Crucj: così comando, e così ho fisso.

60

Qui tacque: e 'l duce de' guerrieri alati
S' inchinò riverente al divin piede:
Indi spiega al gran volo i vanni aurati,
Rapido sì, ch' anco il pensiero eccede.
Passa il foco, e la luce, ove i beati
Hanno lor gloriosa immobil sede:
Poscia il puro cristallo, e 'l cerchio mira,
Che di stelle gemmato incontra gira.

61

Quinci d' opre diversi, e di sembianti
Da sinistra rotar Saturno, e Giove,
E gli altri, i quali esser non ponno erranti,
S'angelica virtù gl' informa, e move.
Vien poi da' campi lieti, e fiammeggianti
D' eterno dì là, donde tuona, e piove:
Ove se stesso il mondo strugge, e pasce,
E ne le guerre sue more, e rinasce.

62

Venia scotendo con l' eterne piume
La caligine densa, e i cupi orrori.
S' indorava la notte al divin lume,
Che spargea scintillando il volto fuori.
Tale il Sol ne le nubi ha per costume
Spiegar dopo la pioggia i bei colori.
Tal suol, fendendo il liquido sereno
Stella cader della gran madre in seno.

59

Perge modo, et refer illis haec mea dicta per auras:
Belli, queis fas, jam sit cura gerentibus arma,
Conturbare nec ausint Regna fruentia sole,
Nec puras oras genitae de nocte sorores
Lethali peste inficiant; Acherontis ad undas
Jam redeant, tenebrosaque luce carentia regna;
Illic se, Stygiasque umbras totum igne per aevum
Excrucient. Placitum sic, immotumque manebit.

60

Dixerat, et totum nutu tremefecit olympum:
Procidit Aligerum Princeps, et numen adorat.
Aera per vacuum auratas mox explicat alas,
Ocyor et jaculo volat ille per aethera pennis:
Lucis, et ignis, ubi superi coelestia tecta
Ex adamante tenent, vastos praetervolat orbes;
Postea crystalli splendentem trajicit axem,
Astrorumque polum, in plures qui volvitur orbes.

61

Saturnumque, Jovemque videt convolvere cursus
Littore ab occiduo ad loca, sol ubi surgit Eoo;
Insuper, et comites, quibus haud datur esse vagantes,
Namque Dei jussu Angelica virtute moventur;
Æternae lucis campos, sedesque relinquens
Ad loca devenit, fiunt ubi fulgura, et imbres,
Resque ubi naturae aeterna se lege propagant,
Mutatisque orbis moriturque, reditque figuris.

62

Siderea coeli Princeps demissus ab arce
Pellebat veniens alis caliginis umbras:
Undique nox vultu nimium radiante nitebat,
Non secus ac humidae diruptis imbribus aurae
Igne repercussae scintillant lumine Phoebi,
Et rubeo spargunt coelum, varioque colore.
Nubila sic tranans aestivo tempore sidus
Saepe solet labi flamma radiante per umbras.

63

Ma giunto, ove la schiera empia infernale
Il furor de' Pagani accende, e sprona;
Si ferma in aria in su 'l vigor de l'ale,
E vibra l'asta, e lor così ragiona:
Pur voi dovreste omai saper, con quale
Folgore orrendo il Re del mondo tuona.
Oh nel disprezzo, e ne' tormenti acerbi,
De l'estrema miseria anco superbi!

64

Fisso è nel Ciel, ch' al venerabil segno
Chini le mura, apra Sion le porte.
A che pugnar col fato; a che lo sdegno
Dunque irritar de la celeste corte;
Ilene maledetti al vostro regno,
Regno di pene, e di perpetua morte:
E siano in quegli a voi dovuti chiostri
Le vostre guerre, ed i trionfi vostri.

65

Là incrudelite: là sovra i nocenti
Tutte adoprate pur le vostre posse
Fra i gridi eterni, e lo stridor de' denti,
E 'l suon del ferro, e le catene scosse.
Disse: e quei ch' egli vide al partir lenti
Con la lancia fatal spinse, e percosse.
Essi gemendo abbandonar' le belle
Region de la luce, e l'auree stelle;

66

E dispiegar' verso gli abissi il volo
Ad inasprir ne' rei l'usate doglie.
Non passa il mar d' augei sì grande stuolo,
Quando a i soli più tepidi s' accoglie:
Nè tante vede mai l' autunno al suolo
Cader co' primi freddi aride foglie.
Liberato da lor quella sì negra
Faccia depone il mondo, e si rallegra.

63

Cum vero devenit, ubi Phlegetontica monstra
Vesanum Syriorum acuebant igne furorem,
Constitit, et paribus primum submittitur alis,
Inde tremendam hastam contorquens talia fatur:
Ergo ne vos latuit quam sint horrenda Tonantis
Fulmina? Nec prisca edocuit victoria mentes?
Progenies invisa polo, nec fracta labore,
Contemptu sed adhuc sub, suppliciisque superba!

64

Permanet immotum ut vexilla salutis adoret
Dejectis portis Solymorum mundus in arce:
Legibus immotis cur frustra obsistite coeli?
Cur iterum in caput ardentes revocate sagittas?
Hinc procul, hinc maledicti aeternum abscedite in ignem
In pice torrentes, altaque voragine ripas,
Quas meruistis, sint illis in sedibus imis
Praelia vestra: illic vestros celebrate triumphos.

65

Illic exercete iras, illicque furori
Lora date, et torquete reos; et adurite flammas
Æternos inter gemitus, dentesque frementes
Candentisque inter crepitantia vincula ferri.
Dixit; quosque pigros conspexit abire volatu
Ille per aethereos percussit, et impulit hasta
Campos: praeclaras tum deseruere gementes
Stellarum sedes Furiae Phlegetontis iniqui.

66

Praecipitesque abeunt in Tartara nigra volatu,
Cruda ubi saevities, et barbarus infremit horror.
Agmine concreto volucris non transilit aequor
Plurima tam numero vernali tempore latum,
Nec tantae labuntur humi bacchantibus austris
Frondes, cum autumni tempus frigescere coepit.
Tum mundi moles stygia illa peste soluta
Maerentem pulso vultum squalore serenat.

67

Ma non peraiò nel disdegnoso petto
D' Argante vien l' ardire, o 'l furor manca;
Benchè suo foco in lui non spiri Aletto,
Nè flagello infernal gli sferzi il fianco.
Rota il ferro crudel; ove è più stretto,
E più calcato insieme il popol Franco.
Miete i vili, e i potenti, e i più sublimi,
E più superbi capi adegua a gl' imi.

68

Non lontana è Clorinda, e già non meno
Par, che di tronche membra il campo asperga.
Caccia la spada a Berlingier nel seno,
Per mezzo il cor, dove la vita alberga.
E quel colpo a trovarlo andò sì pieno,
Che sanguinosa uscì fuor de le terga.
Poi fere Albin là, 've primier s' apprende
Nostro alimento; e 'l viso a Gallo fende.

69

La destra di Gerniero, onde ferita
Ella fu pria, manda recisa al piano:
Tratta anco il ferro, e con tremanti dita
Semiviva nel suol guizza la mano.
Coda di serpe è tal, ch' indi partita
Cerca d' unirsi al suo principio in vano.
Così mal concio la guerriera il lassa:
Poi si volge ad Achille, e 'l ferro abbassa;

70

Tra 'l collo, e la nuca il colpo assesta:
E tronchi i nervi, e 'l gorgozzuol reciso
Gìo rotando a cader prima la testa:
Pria bruttò di polve immonda il viso,
Che giù cadesse il tronco: il tronco resta
(Miserabile mostro!), in sella assiso:
Ma libero dal fren con mille rote
Calcitrando il destrier da se lo scote.

67

Nec tamen idcirco Argantis sub pectore sistit
Irrequietus amor ferri, caedisve nefandae,
Nullo Alecto licet succendat corda veneno,
Ultrices Erebi furiae nec pectora flammis:
Quo magis agglomerata videt, densataque in unum
Agmina Christiadum, ferrum rotat ille coruscum
Acrius, et pariter viles, pariterque potentes
Ense metit, ferroque aequat simul ima superbis.

68

Nec Clorinda procul spargit minus arva cruore,
Atque obtruncatis membris disseminat agros;
Per medium cordis, sedes ubi maxima vitae
Pectore tranfosso Berlingerio exigit ensem;
Transadigit costas, et viribus ensis adactus
Sanguine fumanti latos emergit in armos:
Percutit Albinum, et Jugulum mucrone resolvit,
Et Gallo crudeli vulnere tempora findit.

69

Gernerio dextram, per quam percussa redibat,
Obtruncat gladio: illa cadit valido decisa lacerto,
Se se contorquens quaeritque suum * aequore toto,
Semianimesque micant digiti, ferrumque retractant,
Non secus ac sinuosi anguis de corpore caesa
Cauda suo quaerit frustra se jungere trunco:
Sic male mulctatum bellatrix deserit illum.
Tendit in adversum, et ferrum declinat, Achillem.

70

Fulmineum exigit ensem cervicem inter, et armos,
Atque obtruncatis nervis, juguloque resecto
Corruit in terram praeceps caput ense revulsum:
Ora cruenta prius foedantur pulvere turpi,
Quam truncus dejectus equo procumberet alto;
Restat adhuc sedens truncus (miserabile monstrum!)
At Sonipes liber, penitusque solutus habenis
Pedibus arrectis illum dejecit ab armo.

* *Authorem, seu principium.*

71

Mentre così l' indomita Guerriera
Le squadre d' Occidente apre e flagella,
Non fa d' incontra a lei Gildippe altera
De' Saracini suoi strage men fella.
Era il sesso il medesmo, e simile era
L' ardimento, e 'l valore in questa, e in quella;
Ma a far prova di lor non è lor dato:
Ch' a nemico maggior le serba il fato.

72

Quinci una, e quindi l' altra urta, e sospinge,
Nè può la turba aprir calcata, e spessa.
Ma il generoso Guelfo allora stringe
Contra Clorinda il ferro, e le s' appressa,
E calando un fendente, alquanto tinge
La fera spada nel bel fianco, ed essa
Fa d' una punta a lui cruda risposta,
Ch' a ferirlo ne va tra costa, e costa.

73

Doppia allor Guelfo il colpo, e lei non coglie:
Che a caso passa il Palestino Osmida;
E la piaga non sua sopra se toglie,
La qual vien, che la fronte a lui recida.
Ma intorno a Guelfo omai molta s' accoglie
Di quella gente, ch' ei conduce, e guida:
E d' altra parte ancor la turba cresce,
Sì che la pugna si confonde, e mesce.

74

L' Aurora intanto il bel purpureo volto
Già dimostrava dal sovran balcone:
E in quei tumulti già s' era disciolto
Il feroce Argillan di sua prigione:
E d' arme incerte il frettoloso avvolto,
Quali il caso gli offerse, o triste, o buone,
Già sen venia per emendar gli errori
Novi con novi merti, e novi onori.

71
Dum sic hesperias acies acerrima bello
Parte una male mulctatas Clorinda flagellat,
Gildippes ex adversa cum sanguine poenas
Poscebat de Thracibus, alternique cadebant.
Par sexus geminis, bello geminaeque feroces
Virtutisque pares; ullo nec Marte domandae:
Non ipsas inter se est sors concurrere passa,
Namque illis sua fata manent majore sub hoste.

72
Utraque densatas acies impellit, et urget
Hinc, atque hinc, acies verum perrumpere ferro
Non datur. Ecce superveniens acerrimus armis
Guelphus in adversam Clorindam cominus ense
Irruit, et ferrum acclinans de corpore molli
Perstrinxit, ferrumque redit vix sanguine tinctum;
Illa tamen subigit conjectum cuspide ferrum,
Et costas inter concussit vulnere pectus.

73
Tum Guelphus geminat; veniens de vertice ferrum
Osmidas non sponte sua sibi vindicat ultro;
Nam medius fors transiliens intercipit ensem,
Unde Palestinus decisa fronte recumbit.
Agmina concurrunt circum de gente fideli,
Rector in adversos hostes quae Guelphus agebat;
Parte alia glomeratae acies densantur in unum;
Saevit amor ferri hinc, atque hinc, et praelia miscent.

74
Interea a nitido portas patefecerat ortu,
Purpureosque suo vultus Tithonia conjux
Pandebat; cum jis tantoque strepente tumultu
Vincla sibi perfregerat Argillanus in antro
Carceris, incertisque volans accingitur armis,
In praesens quaecumque dabat fortuna secunda;
Iamque furens laturus opem veniebat amicis
Flagitium meritisque novis raparare nefandum

75

Come destrier, che da le regie stalle,
Ove a l' uso de l' arme si riserba,
Fugge, e libero al fin per largo calle
Va tra gli armenti, o al fiume usato o all'erba:
Scherzan su 'l collo i crini, e su le spalle,
Si scote la cervice alta, e superba
Suonano i piè nel corso, e par, ch' avvampi,
Di sonori nitriti empiendo i campi.

76

Tal ne viene Argillano: arde il feroce
Sguardo: ha la fronte intrepida, e sublime:
Leve è ne' salti, e sovra i piè veloce,
Sì, che d' orme la polve appena imprime.
E giunto fra' nemici alza la voce,
Pur com' uom, che tutto osi, e nulla stime:
O vil feccia del mondo, Arabi inetti,
Ond' è, ch' or tanto ardire in voi s' alletti?

77

Non regger voi de gli elmi, e de gli scudi
Sete atti il peso, o 'l petto armarvi, e 'l dorso;
Ma commettete paventosi, e nudi
I colpi al vento, e la salute al corso.
L' opere vostre. e i vostri egregi studi
Notturni son: dà l' ombra a voi soccorso.
Or ch' ella fugge, chi fia vostro schermo?
D' arme è ben d' uopo, e di valor più fermo.

78

Così parlando ancor, diè per la gola
Ad Algazel di sì crudel percossa,
Che gli secò le fauci, e la parola
Troncò, ch' a la risposta era già mossa.
A quel meschin subito orrore involva
Il lume, e scorre un duro gel per l' ossa;
Cade, e co' denti l' odiosa terra
Pieno di rabbia in sul morire afferra.

75

Qualis ad armorum servatur quadrupes usum
Disruptis si forte procul praesepibus altis
Effugit indignans vinclis, et liber aperta
Per loca vadit ad herbas, sive ad fluminis undas,
Blande illi ludunt crines per colla, per armos,
Atque arrectis emicat auribus ardua cervix;
Ignescunt patulae nares; quatit ungula arenas,
Et late campos, aurasque hinnitibus implet.

76

Haud aliter venit Argillanus fronte superba:
Igne micant oculi; fera spirant ora furorem:
Saltibus it praeceps, pedibusque celerrimus ille,
Sic, ut nulla pedum servent vestigia arenae.
Ut primum pervenit ad hostes, voce sonanti
Clamat, non secus ac quem nulla pericula terrent;
O genus abjectum mundi! o scelerata latronum
Progenies! quae tanta tenet fiducia vestri?

77

Haud galeam caput; clypeos ex aere sinistra
Sustinet; haudque valent thoraca subire lacerti.
Sed trepidi, imbelles ventos pulsare soletis,
Et pedibus properis vestram committere vitam:
Fortia gesta quidem per vos sub nocte geruntur,
Vobis auxilium praebente caligine, et umbris.
Illa fugit jam; quae nunc propugnacula vobis?
Nunc opus est armis, nunc, si quod, pectore firmo.

78

Haec fatus rigida ferit Algazel eminus hasta
Sub mentum: illa rapit trajecto gutture vocem
Multa referre paratam; vox et faucibus haesit.
Tum misero gelidus tremor ima per ossa cucurrit,
Et densis tenebris nigrescunt omnia circum,
Atque in perpetuam clauduntur lumina mortem.
Volvitur in caput, et siccam moribundus arenam
Dentibus infrendens capit, et ferit ore cruento.

79

Quinci per varj casi e Saladino,
Ed Agricalte, e Muleasse uccide:
E da l'un fianco a l'altro a lor vicino
Con esso un colpo Aldiazil divide.
Trafitto a sommo il petto Ariadino
Atterra, e con parole aspre il deride.
Ei gli occhi gravi alzando, a l'orgogliose
Parole in sul morir così rispose.

80

Non tu, chiunque sia, di questa morte
Vincitor lieto avrai gran tempo il vanto.
Pari destin t'aspetta, e da più forte
Destra, a giacer mi sarai steso a canto.
Rise egli amaramente, e, di mia sorte
Curi il ciel, disse; or tu qui mori intanto
D'augei pasto, e di cani: indi lui preme
Co'l piede, e ne trae l'alma, e'l ferro insieme.

81

Un paggio del Soldan misto era in quella
Turba di sagittarj, e lanciatori:
A cui non anco la stagion novella
Il bel mento spargea de' primi fiori.
Pajon perle, e rugiade in su la bella
Guancia irrigando i tepidi sudori:
Giunge grazia la polve al crine incolto:
E sdegnoso rigor dolce è in quel volto.

82

Sotto ha un destrier, che di candore agguaglia
Pur or ne l'Appennin caduta neve.
Turbo, o fiamma non è, che roti, o saglia
Rapido sì, come è quel pronto, e leve.
Vibra ei, presa nel mezzo, una zagaglia;
La spada al fianco tien ritorta, e breve;
E con barbara pompa in un lavoro
Di porpora risplende intesta e d'oro.

79

Hinc Saladinum, et Agricaltem, nec non Muleassem
Per varios belli casus demittit ad orcum;
Nec procul Aldiazil capulo tenus applicat ensem
Per medium, qua spina dedit discrimina costis.
Hinc Ariadenum transfossum cuspide pectus
Sternit humi, dictisque illum deridit acerbis.
Ille graves oculos tollens moribundus ad hostem
Haec extrema dedit rabie praebente vigorem.

80

Quisquis es, o victor, non me laetabere inulto:
Te paria expectant, nec longum, te quoque fata,
Atque eadem simili letho mox arva tenebis.
Ad quem subridens ira Argillanus amara;
Nunc morere, ast de me superum pater, atque hominum Rex
Viderit. Interea lanient tua membra volucres
Impastique canes tua; perfide, vulnera lambant.
Sic ait; et pede calcans ferrum, animamque recepit.

81

Inter erat medios jaculantes spicula turbas
Forte puer, cui primaeva lanugine malas
Tempora spargebant viridis vix verna juventae,
Ardebat quem luce magis Solymanus amore:
Ora venusta madens sudor referebat Eoas
Vel baccas, noctis madidas vel nectare rores:
Dat leporem puero pulvis per colla capillis
Haerens, atque iratus adhuc inspirat amorem.

82

Candidior nive portat equus Threїcius illum;
Qui superat ventos, vel flammas cursibus aequis,
Ardua seu petit, aut certos flectatur in orbes,
Æquore aperto; alis illum volitare putares:
Vibratam medio quatit hastam; accingitur ense,
Sed brevis ensis erat forma, et de more recurvus;
Demissa ex humeris ardebat murice laena,
Quam tenui per totum opifex discreverat auro.

87

Ma come ei vede il ferro ostil, che molle
Fuma del sangue ancor del giovinetto;
La pietà cede, e l' ira avvampa, e bolle,
E le lagrime sue stagna nel petto.
Corre sovra Argillano, e 'l ferro estolle:
Parte lo scudo opposto, indi l' elmetto,
Indi il capo, e la gola, e de lo sdegno
Di Soliman ben quel gran colpo è degno.

88

Nè di ciò ben contento, al corpo morto
Smontato del destriero anco fa guerra;
Quasi mastin, che 'l sasso, ond' a lui porto
Fu duro colpo, infellonito afferra.
Oh d' immenso dolor vano conforto,
Incrudelir ne l' insensibil terra!
Ma fra tanto de' Franchi il Capitano
Non spendea l' ire, e le percosse in vano.

89

Mille Turchi avea qui, che di loriche,
E d' elmetti, e di scudi eran coperti,
Indomiti di corpo a le fatiche,
Di spirto audaci, e in tutti i casi esperti!
E furon già de le milizie antiche
Di Solimano, e seco ne' deserti
Seguir' d' Arabia i suo' errori infelici,
Ne le fortune avverse ancora amici.

90

Questi ristretti insieme in ordin folto
Poco cedeano, o nulla al valor Franco.
In questi urtò Goffredo, e ferì il volto
Al fier Corcutte, ed a Rosteno il fianco:
A Selin da le spalle il capo ha sciolto:
Tronco a Rossено il destro braccio, e 'l manco.
Nè già soli costor; ma in altre guise
Molti piagò di loro, e molti uccise.

87

At Solymanus ubi pueri de sanguine ferrum
Vidit adhuc fumans, lacrymas in corde recondit:
Vanescit pietas; furor ardens, iraque mentem
Praecipitant; pectus nullas jam noscit habenas.
Tendit in Argillanum ardens, et viribus ensem
Sustulit, et clypeum quamvis septemplicis orbis,
Et galeam, et caput, et guttur proscindit in unum.
Digna fuit Solymano uni ictus gloria tanti.

88

Nec sat ei extinxisse hostem: nondum ira quiescit,
Sed descensus equo ense iterumque, iterumque resaevit
Corpus in exanime; haud aliter persaepe molossus
Saxum, quo fuit ictus, dente remordet acuto.
O tanto penitus solamen inane dolori,
Extincto conferre manus, et figere terram;
Interea Dux late hostes, Martemque ciebat,
Atque exundabant spumanti sanguine fossae.

89

Hic bis quingentos Turcas Solymanus habebat,
Scuta, quibus lateri, loricaque ferrea tergo,
Et capiti est cassis; rigidos tolerare labores
Assuetos, et belli quaeque subire pericla:
Reliquiae veterum, dum florida regna manebant
Militiarum; hi siccas, desertasque per oras
Errantem fatis agitatum semper amici
Rebus in adversis Regem, dominumque sequuntur.

90

Adversus Gallos pugnantes hi agmine denso
Praelia miscebant animis, et viribus aequis:
Hos medius Ductor densos prorumpit in hostes,
Ora ferit Chorchut; Rosteno in pectore ferrum
Condidit; inde Selim ex humeris caput abstulit ense,
Vulnere Rosseno duplici secat utraque ferro
Brachia; quid memorem reliquos, quos ensis ademit,
Vel quos dejectos truculento vulnere stravit?

91

Mentre ei così la gente Saracina
Percote; e lor percosse anco sostiene;
E in nulla parte al precipizio inchina
La fortuna de' Barbori, e la spene;
Nova nube di polve ecco vicina,
Che folgori di guerra in grembo tiene;
Ecco d' arme improvvise uscir un lampo,
Che sbigottì de gl' Infedeli il Campo.

92

Son cinquanta guerrier', che 'n puro argento
Spiegan la trionfal purpurea Croce.
Non io, se cento bocche, e lingue cento
Avessi, e ferrea lena, e ferrea voce,
Narrar potrei quel numero, che spento
Ne' primi assalti ha quel drappel feroce.
Cade l' Arabo imbelle; e 'l Turco invitto
Resistendo, e pugnando anco è trafitto.

93

L' orror, la crudeltà, la tema, il lutto
Van d' intorno scorrendo; in varia immago
Vincitrice la morte errar per tutto
Vedresti, ed ondeggiar di sangue un lago.
Già con parte de' suoi s' era condutto
Fuor d' una porta il Re, quasi presago
Di fortunoso evento: e quinci d' alto
Mirava il pian soggetto, e 'l dubbio assalto.

94

Ma, come prima egli ha veduto in piega
L' esercito maggior, suona a raccolta:
E con messi iterati instando prega
Ed Argante, e Clorinda a dar di volta:
La fera coppia d' eseguir ciò nega,
Ebbra di sangue, e cieca d' ira, e stolta.
Pur cede al fine, e unite almen raccorre
Tenta le turbe, e freno a i passi imporre.

91

Dum gravis aequabat luctus, et mutua Mavors
Funera: caedebant pariter, pariterque ruebant
Victores, victique: neque his fuga nota, neque illis,
Atque manebat adhuc anceps victoria castris,
Ecce propinquat de glomerato pulvere nubes
Ventre gerens intus turgenti Fulmina Martis.
Ecce repente micat crebris fulgoribus aether
Armorum; unde hostes extemplo haesere trementes.

92

Sunt decies quinque illi argentea signa ferentes,
Atque Crucem mediam Sidonia purpura adornat.
Non, mihi si linguae centum essent, oraque centum,
Ferrea seu vox, ferrea sive in pectore virtus,
Funere crudeli quot primum miserit orco
Illa cohors praestans armis, memorare valerem:
Sternuntur passim Turcae, sternuntur inertes
Panchaei, mixtoque exundant sanguine rivi.

93

Errat ubique timor, luctus, feritasque, necesque
Diversae, et magnis animos horroribus implent:
Atrópos ipsa errat varia sub imagine victrix,
Undique et agri, et fossae exundant imbre cruento.
Jamque suorum Rex magna stipante caterva
Optati eventus quasi limine praescius urbis
Se se effuderat; hinc oculis munimine ab alto
Ancipitem Martis pugnam spectabat iniquis.

94

Aut ubi conspexit jam declinare phalanges,
Hac, illacque tuba aggressas canit aggere turmas,
Perque viros missos iterumque, iterumque precatur
Clorindam, Argantemque suas deducere turmas;
Sed Regis praecepta facessere uterque recusat,
Urit eos violenta sitis, fervorque cruoris.
Denique cesserunt: verum studuere cohortes
Ordine colligere, et pedibus discedere lentis.

95

Ma chi dà legge al volgo, ed ammaestra
La viltade, e 'l timor? La fuga è presa.
Altri gitta lo scudo, altri la destra
Disarma: impaccio è il ferro, e non difesa.
Valle è tra 'l campo, e la città, ch' alpestra
Da l' occidente al mezzo giorno è stesa.
Qui fuggon' essi, e si rivolge oscura
Caligine di polve inver le mura.

96

Mentre ne van precipitosi al chino,
Stragge d' essi i Cristiani orribil fanno.
Ma poscia che salendo omai vicino
L' ajuto avean del barbaro Tiranno;
Non vuol Guelfo d' alpestro erto cammino
Con tanto suo svantaggio esporsi al danno.
Ferma le genti: e 'l Re le sue rinserra,
Non poco avanzo d' infelice guerra.

97

Fatto intanto ha il Soldan ciò, ch' è concesso
Fare a terrena forza, or più non puote.
Tutto è sangue, e sudore; e un grave e spesso
Anelar gli ange il petto, e i fianchi scote.
Langue sotto lo scudo il braccio oppresso,
Gira la destra il ferro in pigre rote,
Spezza, e non taglia; e divenendo ottuso,
Perduto il brando omai di brando ha l'uso.

98

Come sentissi tal, riflette in atto
D' uom, che fra due sia dubbio, e in se discorre,
Se morir debba, e di sì illustre fatto
Con le sue mani altrui la gloria torre,
O pur, sopravanzando al suo disfatto
Campo, la vita in sicurezza porre.
Vinca (al fin disse) il fato, e questa mia
Fuga il trofeo di sua vittoria sia.

95

Sed vulgi quis lege potest frenare timorem ?
Quis dare jussa animis trepidantibus? En fuga capta est.
Projiciunt alii clypeos , aliique relinquunt
Arma : fugae moles est non custodia ferrum.
Concava vallis erat Solymae castra inter et urbem,
Littore ab occiduo ad medium quae extenditur orbem,
Dura quidem saxis. Huc se se colligit agmen.
Pulveris interea vòrtex ad moenia surgit.

96

Dum vallis praeceps Arabum petit ima profundae
Turba , per iratos post terga miserrima caedes
Christicolas ipsorum fit , sed ad ardua montis
Pervenere ubi , tum Guelphus retinere cohortes
Duxit , et ascensus montis vitare pericla ;
Namque suis Rex auxilio jam venerat ipse ,
Collegitque fuga fractos , et condidit urbe
Reliquias Gallum , atque irae Mavortis iniqui.

97

Sultano verum , qui quod mortalibus est fas ,
Fecerat , et forsan fieri quae posse negarem ,
Jam vires abeunt : de toto corpore sanguis ,
Et sudor manat (nec respirare potestas)
Sub clypeum languet jam exhausto robore laeva ,
Debilitata rotat jam dextera segnius ensem ;
Ipse evaserat amisso ensis acumine ferrum
Nil valiturum : tundit , non secat amplius ille.

98

Haec ubi persensit , reputans animo , anxius haesit ,
Num melius sibi sponte foret disrumpere ferro
Invisam vitam , ne tanti victor haberet
Solemnem pompam multa cum laude triumphi ,
Anne diutius excisis producere turmis
Abjectam vitam , et tantae superesse ruinae ?
Denique fata , inquit , vincant : mihi cedere fas est ?
Sed victoribus amplum haec sit fuga nostra trophaeum.

99

Veggia il nemico le mie spalle e scherna
Di nuovo ancora il nostro esiglio indegno ;
Pur che di nuovo armato indi mi scerna
Turbar sua pace , e 'l non mai stabil regno.
Non cedo io , no , fia con memoria eterna
De le mie offese eterno anco il mio sdegno.
Risorgerò nemico ognor più crudo
Cenere anco sepolto , e spirto ignudo.

Fine del Canto Nono.

99

Hostis ovans iterum aspiciat mea terga superbus,
Illudatque fugae, ceu quondam regna reliqui;
Dummodo me videat rursum turbare quietem,
Imperiumque suum labens sub Marte furenti.
Haud equidem cedo; manet alta mente repostum,
Injuriae spretum, et simul implacabilis ira:
Insuper assurgam tumulo crudelior hostis,
Umbra licet squallens Erebi, cinisque sepultus.

Finis Libri Noni.

CANTO

DECIMO

ARGOMENTO.

Invito a Soliman fanno al riposo
Il cammin lungo, e l' oscurata luce,
E mentre in braccio al sonno ha 'l cor doglioso,
Gli appare Ismen, ch' ad Aladin l' adduce.
L' arti d' Armida, e il corso lor dubbioso
Conta la schiera franca al Franco Duce,
E gli conta il buon Pier ratto dal zelo,
Quai riserbi a Rinaldo onori il Cielo.

1

Così dicendo ancor vicino scorse
Un destrier, ch' a lui volse errante il passo,
Tosto al libero fren la mano ei porse,
E su vi salse, ancor ch' afflitto, e lasso.
Già caduto è il cimier, ch' orribil sorse,
Lasciando l' elmo inonorato, e basso,
Rotta è la sopravvesta, e di superba
Pompa regal vestigio alcun non serba.

2

Come dal chiuso ovil cacciato viene
Lupo talor, che fugge, e si nasconde,
Che sebben del gran ventre omai ripieno
Ha l' ingorde voragini profonde,
Avido pur di sangue, anco fuor tiene
La lingua, e 'l sugge da le labbra immonde,
Tale ei sen già dopo il sanguigno strazio
Della sua cupa fame anco non sazio.

LIBER

DECIMUS.

ARGUMENTUM.

Obvius Ismenus se fert in valle quietem
Carpenti Solymano, quem intromittit in urbem
Devia per loca: Rector spes, animosque labantes
Sospite Sultano accipit, exsultantque vicissim.
Fata suorum Gotfredus, passosque labores
Ediscit. Cessat rumor periisse Rinaldum;
Quae propter pleno pandens Petrus ora senatu
Exulis acta Ducis laudat, celebratque nepotes.

1

Haec dicens Solymanus equum conspexit euntem
Non procul infrenum, proprio dominoque carentem:
Protinus ille vagas manibus desumit habenas,
Conscenditque super moerens, fractusque labore;
Insignis galeae conus, cristaeque comantes,
Quae caput induerant, sejunctae casside sordent
Pulvere; scissa humeris dependet purpura; signis
Regia Majestas jam non dignoscitur ullis.

2

Ut persaepe lupus clauso depulsus ovili
Effugit interiora petens penetralia sylvae,
Qui licet horrendas, caecasque voragine fauces,
Confertas epulis habeat, penitusque repletas,
Attamen immoderato sanguinis actus amore
Lambit adhuc lingua crasso madefacta cruore
Ora; recedebat sic multa caede peracta
Sultanus, nec dum satiata est caedibus ira.

3

E come è sua ventura, a le sonanti
Quadrella, ond'a lui intorno un nembo vola,
A tante spade, a tante lancie, a tanti
Instromenti di morte al fin s' invola,
E sconosciuto pur cammina avanti
Per quella via, ch'è più deserta, e sola;
E rivolgendo in se quel che far deggia,
In gran tempesta di pensieri ondeggia.

4

Disponsi al fin di girne, ove raguna
Oste sì poderosa il Re d' Egitto;
E giunger seco l'arme, e la fortuna
Ritentar anco di novel conflitto.
Ciò prefisso tra se, dimora alcuna
Non pone in mezzo, e prende il cammin dritto
(Che sa le vie, nè d' uopo ha di chi 'l guidi)
Di Gaza antica a gli arenosi lidi.

5

Nè perchè senta inacerbir le doglie
De le sue piaghe, e grave il corpo, ed egro;
Vien però, che si posi, e l' armi spoglie;
Ma travagliando il dì ne passa integro.
Poi, quando l'ombra oscura al mondo toglie
I varj aspetti, e i color' tinge in negro,
Smonta, e fascia le piaghe, e come puote
Meglio, d' un alta palma i frutti scote.

6

E cibato di lor su 'l terren nudo
Cerca adagiare il travagliato fianco,
E la testa appoggiando al duro scudo,
Quetar i moti del pensier suo stanco.
Ma d'ora in ora lui si fa più crudo
Sentire il duol de le ferite, ed anco
Roso gli è il petto, e lacerato il core
Da gl' interni avvoltoj, sdegno, e dolore.

3

Illi sorte datum per tela sonantia late,
Perque viros, hastasque, et multa grandine nimbos
Mortis, inacessum petere, et dare terga frementi
Turbae, animamque impendenti subducere letho.
Omnibus ignotus per inhospita solus aberrat,
Proceditque magis via qua deserta manebat;
Vel quae fata sinant, vel quae fortuna dedisset
Nescit, et incertus vario sic fluctuat aestu.

4

Denique, Rex ubi tam multas aciesque, manusque
Comparat Ægypti, decernit flectere cursum,
Et vires secum conjungere, et arma vicissim,
Atqne iterum dubii tentare pericula Martis:
Nec mora; corripuitque viam quam semita monstrat;
Perficere est animus, finemque imponere caeptis.
Ipse vias noscit, ductore nec indiget ullo,
Siccaqne flectit iter praeceps ad litora Gazae.

5

Et licet insuper acrius insanire dolores
Sentiat, et vix membra trahat languentia plagis,
Arma tamen refugit dimittere, et otia curis
Quaerere, perque diem haud juvat indulgere labori.
Ast ubi subducto nigrescunt omnia circum
Sole, per immensas terras spargente tenebras
Nocte, tenet sonipem, et substringit vulnera vittis;
Inde qualit palmam, et fructus decerpit ab illa.

6

Vixque refectus eis nuda tellure recumbit,
Et clypeo caput innitens dare membra quieti
Fracta labore nimis, finemque imponere curis
Pertentat somno; verum dolor acrius illum
Excruciat; strident in corpore vulnera fixa:
Insuper et strident tristes in pectore curae;
Uritur infelix curis mordacibus, atque
Dilaniant pectus rabiesque, dolorque vicissim.

7

Al fin, quando già tutte intorno chete
Ne la più alta notte eran le cose,
Vinto egli pur da la stanchezza, in Lete
Sopì le cure sue gravi, e nojose;
E in una breve, e languida quiete
L'afflitte membra, e gli occhi egri compose;
E mentre ancor dormia, voce severa
Gli intonò su l'orecchie in tal maniera:

8

Soliman, Solimano, i tuoi sì lenti
Riposi a miglior tempo omai riserva:
Che sotto il giogo di straniere genti
La patria, ove regnasti, ancor è serva.
In questa terra dormi; e non rammenti
Ch' insepolte de' tuoi l'ossa conserva;
Ove sì gran vestigio è del tuo scorno,
Tu neghittoso aspetti il novo giorno?

9

Desto il Soldan alza lo sguardo, e vede
Uom, che d'età gravissima a i sembianti
Co 'l ritorto baston del vecchio piede
Ferma, e dirizza le vestigia erranti.
E chi sei tu? (sdegnoso a lui richiede)
Che fantasma importuno a i viandanti
Rompi i brevi lor sonni? e che s'aspetta
A te la mia vergogna, o la vendetta?

10

Io mi son un (risponde il vecchio) al quale
In parte è noto il tuo novel disegno.
E siccom' uom, a cui di te più cale,
Che tu forse non pensi, a te ne vegno.
Nè il mordace parlare indarno è tale:
Perchè de la virtù cote è lo sdegno.
Prendi in grado, Signor, ch' il mio sermone
Al tuo pronto valor sia sferza, e sprone.

7

Cuncta quiescebant tandem jam mersa sopore,
Noxque silens medium cursu descenderat orbem;
Cum nimio ille fatigatus, fractusque labore
Lethaeo tristes curas sopivit in amne,
Fessaque composuit torpenti membra quiete,
Ægra brevique dedit, quantum fas, lumina somno;
Dumque quiescebat, vox est audita per aures,
Quae gravitate sonos effundens talia dixit:

8

O Solymane tuos somnos, Solymane reserva;
Dura quies oculis hic, nec requiescere tempus?
Gens inimica tibi victis dominatur in oris,
Servitioque premit terras, ubi jura dedisti;
Et potes hic, potes heu! dulces tu carpere somnos,
Mille ubi corpora fusa jacent inhumata tuorum?
Hic, ubi mille extant generisque opprobria nostri?
Surge, nec alma dies Solymanum hic cernat inertem.

9

Protinus excussus somno indignantia tollit
Lumina Sultanus. Longaevum adstare cadentem
Conspicit ille sibi, cui pallent ora per annos,
Et baculo fulcit titubantia membra reflexo.
Et tu quis tandem (quaerit tum concitus ira)
Qui phantasma breves audes perrumpere somnos
Nocte viatori infestum? Quae pars tibi mecum,
An pudeat vinci? Aut cur non ulciscimur umbras?

10

Tum senior, contra haec, quem conspicis, inquit,
Praescia corda gerens noscit, quae corde revolvis;
Nullus amor tali conjunxit foedere amantes,
Ut tibi junctus ego quo nusquam charior alter:
Consulto tua mordaci sermone pupugi
Pectora; nam virtus stimulis persaepe movetur;
Sermones, oro, ne dedigneris amicos,
Virtutemque, animosque acue, et mihi parce precanti.

11

Or perchè, s' io m' appongo, esser dee volto
Al gran Re de l' Egitto il tuo cammino;
Che inutilmente aspro viaggio tolto
Avrai, s' innanzi segui, io m' indovino:
Che sebben tu non vai, fia tosto accolto,
E tosto mosso il campo Saracino:
Nè locó è là, dove s' impieghi, e mostri
La tua virtù contra i nemici nostri.

12

Ma se in duce me prendi, entro a quel muro,
Che da l' armi latine è intorno astretto,
Nel più chiaro del dì porti sicuro,
Senza che spada impugni, io ti premetto.
Quivi con l' arme, e co' disagi un duro
Contrasto ti fia gloria, e diletto:
Difenderai la terra, infin che giugna
L' oste d' Egitto a rinnovar la pugna.

13

Mentre ei ragiona ancor, gli occhi, e la voce
De l' uomo antico il fero Turco ammira;
E dal volto, e da l' animo feroce
Tutto depone omai l' orgoglio, e l' ira.
Padre (risponde) io già pronto, e veloce
Sono a seguirti: ove tu vuoi mi gira.
A me sempre miglior parrà il consiglio,
Ove ha più di fatica, e di periglio.

14

Loda il vecchio i suoi detti: e perchè l' aura
Notturna avea le piaghe incrudelite,
Un suo licor v' instilla, onde ristaura
Le forze, e salda il sangue, e le ferite.
Quinci veggendo omai, ch' Apollo inaura
Le rose, che l' Aurora ha colorite;
Tempo è, disse, al partir: che già ne scopre
Le strade il sol, ch' altrui richiama a l' opre.

11

Cognita sunt mihi (nec laudo) quae mente revolvis;
Mempheos Ægypti Regem, seu litora Gazae
Urbis adire incaeptis prorsus inutile nosco:
Divinare etenim magnus mihi donat Apollo
Et tristes casus per iter superare deceret:
Nilque sed ire refert; aderit jam exercitus omnis;
Nec locus est ullus Gazae, quo extendere factis
Virtutem valeas, clarosque referre triumphos.

12

Quod si firma tenet Te jam fiducia nostri,
Illa subiturum septa obsidione latina
Moenia promitto solis radiante nitore
Per medios hostes; validum quin arripis ensem:
Illic fas armis duros superare labores,
Illic se attollet magnis tua gloria rebus.
Altae urbis defensa dabit tua dextera bello
Moenia, donec in arma ruat Memphitica pubes.

13

Dumque senex fatur, Solymanus pendet ab ore
Admirans oculosque viri, vocemque loquentis:
Nubila discedunt oculis, animumque ferocem
Pectore deponit: mox ira, furorque recessit.
Alme parens, Te sponte sequar, quocumque vocabis,
Inquit, et imperio parens tua jussa facessam.
Quae magis ardua, quae sunt et quoque plena periclis
Consilia, illa mihi semper meliora videntur.

14

Dicta senex Regis magnis tum laudibus effert;
Sed quoniam nocturna offenderat aura cruenta
Vulnera, sollicitus quodam fovet illa liquore,
Unde cruor cessat, redeuntque in corpore vires.
Interea croceo Phaebus velamine spargit
Quas aurora rosas coelo jam pinxerat ante,
Cum longaevus ait: tempus discedere venit,
Jamque vias pandit Phoebus, revocatque labores.

15

E sovra un carro suo, che non lontano
Quinci attendea, col fier Niceno ei siede;
Le briglie allenta, e con maestra mano
Ambi i corsieri alternamente fiede:
Quei vanno sì, che 'l polveroso piano
Non ritien de la rota orma, o del piede.
Fumar gli vedi, ed anelar nel corso,
E tutto biancheggiar di spuma il morso.

16

Meraviglie dirò: s' aduna, e stringe
L' aere intorno in nuvolo raccolto,
Sì che 'l gran carro ne ricopre, e cinge;
Ma non appar la nube o poco o molto:
Nè sasso che mural macchina spinge,
Penetreria per lo suo chiuso, e folto.
Ben veder ponno i duo dal cavo seno
La nebbia intorno, e fuori il ciel sereno.

17

Stupido il Cavalier le ciglia inarca,
Ed increspa la fronte, e mira fiso
La nube, e 'l carro, ch' ogn' intoppo varca;
Veloce, sì, che di volar gli è avviso.
L' altro, che di stupor l' anima carca
Gli scorge a l' atto de l' immobil viso,
Gli rompe quel silenzio, e lui rappella;
Ond' ei si scote, e poi così favella:

18

O chiunque tu sia, che fuor d' ogni uso
Pieghi natura ad opre altere, e strane;
E spiando i secreti, entro al più chiuso
Spazj a tua voglia de le menti umane;
S' arrivi co 'l saper, ch' è d' alto infuso
A le cose remote anco, e lontane;
Deh dimmi, qual riposo, o qual ruina
A' gran moti de l' Asia il ciel destina?

15

Nec mora : conscendêre simul Nicaeus, et ipse,
Quem tulerat currum bijugis Ismenus eumdem :
Lora capit manibus, celeres sonipesque flagello
Verberat, et faciles multa arte relaxat habenas :
Ante Nothum, Zephirumque volant illi aequore aperto
Ut cursu rota, sive nec ungula signet arenas.
Cernis anhelantes patulis fumare per auras
Naribus, et spumis ex ore albescere frena

16

Cogitur in nubem circum (mirabile monstrum !)
Aer inanis, et obscuro contexit amictu
Praecipitem. Gradientes nubila condunt ;
Ast oculis nubes nil aspicienda dabatur
Cernere ne quis eos, neu quis contingere posset,
Et foret ex arcu missis impervia telis.
Nube cava nebulam circum, coelumque serenum
Desuper aspiciunt non visi, atque aethera tranant :

17

Talibus attonitus visis sua lumina torquet
Barbarus, et frontem rogis stupor altus obumbrat
Ille oculis lustrat nebulam, currumque volantem
Admirans, quod nulla tenent obstacula euntes :
Tum magus immotum, magno raptumque stupore
Aspiciens illum, taciturna silentia rumpit,
Atque importuna voce interpellat amicum ;
Ille velut somno experrectus talia fatur.

18

Quisquis es, o Tu, naturam qui cogere noscis,
Et praeter solitum novus ex te nascitur ordo
Rerum ; tu quoque qui lustras abscondita cordis,
Occultas hominumque vales cognoscere mentes.
Praesaga si forte datur praescire futuros
Mente procul casus, quae sit fortuna docere
Ne pigeat rebus nostris, Asiaeque futura,
Vel quae fata manent, vel quae dabit ira Deorum?

19
Ma pria dimmi il tuo nome, e con qual arte
Far cose tu sì inusitate soglia:
Che se pria lo stupor da me non parte,
Com' esser può ch' io gli altri detti accoglia?
Sorrise il vecchio, e disse: in una parte,
Mi sarà leve l' adempir tua voglia.
Son detto Ismeno, e i Siri appellan Mago
Me, che de l' arti incognite son vago.

20
Ma ch' io scopra il futuro, e ch' io dispieghi
De l' occulto destin gli eterni annali,
Troppo è audace desio, troppo alti preghi:
Non è tanto concesso a noi mortali.
Ciascun qua giù le forze, e 'l senno impieghi
Per avanzar fra le sciagure, e i mali:
Che sovente addivien, che 'l saggio, e 'l forte
Fabbro a se stesso è di beata sorte.

21
Tu questa destra invitta, a cui fia poco
Scoter le forze del Francese impero,
Non che munir, non che guardar il loco,
Che strettamente oppugna il popol fero,
Contra l' arme apparecchia, e contra 'l foco:
Osa, soffri, confida; io bene spero.
Ma pur dirò, perchè piacer ti debbia
Ciò, che oscuro vegg' io, quasi per nebbia.

22
Veggio o parmi vedere, anzi che lustri
Molti rivolga il gran pianeta eterno,
Uom, che l' Asia ornerà co' fatti illustri;
E del fecondo Egitto avrà il governo.
Taccio i pregi de l' ozio, e l' arti industri,
Mille virtù, che non ben tutte io scerno:
Basti sol questo a te, che da lui scosse
Non pur saranno le Cristiane posse;

19

At prius est fas, ut pandas nomenque, genusque
Quave tot arte soles nova, tamque insueta patrare,
Namque procul nisi discedat stupor, atque resumat
Mens vires, effundes irrita dicta per auras.
Subrisit senior dicens: mihi parcere votis
Vestris tantum ex parte licet, faciamque libenter.
Ismenus vocor, et Syriae cognomine gentes
Me dixere magum; rerum qui incognita novi.

20

Annales sed enim aeternas pervolvere fati
Et casus praesaga mente aperire futuros,
(Pace bona) haud datur hic nobis mortalibus aegris,
Nec fas est causas tantarum expromere rerum.
Quisque suas vires, studiumque adhibere laboret,
Quo superare queat duri molimina fati;
Saepe sibi siquidem fortis, sapiensque beatam
Aedificat sortem, neque post sua funera cessat.

21

Tu vires, animosque tuos, dextramque potentem
Cui leve funditus esset res evertere Francas,
Non minus, ac altos urbis defendere muros,
Efiera quos gens armato nunc milite cingit,
Ad flammas, caedesque, et Martis bella reserva:
Aude, et afflictis melius confidere rebus
Disce; sed ante canam tibi, quae lucem inter, et umbras
Praevideo ventura procul, jucundaque votis.

22

Praevideo (nec vana loquor) labentibus annis,
Ante poli quam multos sol compleverit orbes,
Insignem virtute virum, qui sceptra tenebit
Ægypti, et victis Asiae dominabitur oris.
Illius aetatis dulcisisma munera pacis,
Praeclarasque viri dotes, clarosque triumphos
Praetereo. Tibi pro nunc sit satis esse ruendas
Discere Gallorum vires, animosque superbos.

23

Ma infin dal fondo suo l' imperio ingiusto
Svelto sarà ne l' ultime contese,
E l' afflitte reliquie entro un angusto
Giro sospinte, e sol dal mar difese;
Questi fia del tuo sangue. E qui il vetusto
Mago si tacque: e quegli a dir riprese:
Oh lui felice eletto a tanta lode?
E parte ne l' invidia, e parte gode.

24

Soggiunse poi: Girisi pur fortuna
O buona, o rea, com' è là su prescritto:
Che non ha sovra me ragione alcuna,
E non mi vedrà mai, se non invitto.
Prima dal corso distornar la Luna,
E le stelle potrà, che dal diritto
Torcere un sol mio passo. E in questo dire
Sfavillò tutto di focoso ardire.

25

Così gir' ragionando, infin che furo
Là ve presso vedean le tende alzarse.
Che spettacolo fu crudele, e duro?
In quante forme ivi la morte apparse!
Sì fe' negli occhi allor torbido, e scuro,
E di doglia il Soldano il volto sparse.
Ahi con quanto dispregio ivi le degne
Mirò giacer sue già temute insegne?

26

E scorrer lieti i Franchi, e i petti, e i volti
Spesso calcar de' suoi più noti amici:
E con fasto superbo a gl' insepolti
L' arme spogliare e gli abiti infelici:
Molti onorare, in lunga pompa accolti,
Gli amati corpi de gli estremi uffici:
Altri suppor le fiamme, e 'l volgo misto
D' Arabi, e Turchi a un foco arder è visto.

23

Per varios casus, per tot discrimina belli
Corruet imperium tandem radicibus imis,
Et breve tempus opes, arcesque a culmine sternet,
Reliquiasque inopes, profugosque tuebitur aequor;
Victor eritque tuo pulchro de sanguine cretus:
Sic dixit, siluitque magus; cui talibus ille:
Felix, heu nimium felix, cui fata reservant
Tot bona! Cur mihi non datur in consortia adire?

24

Passibus ambiguis fortuna volubilis erret,
Addidit inde fremens, uti fata immota reposcunt,
Illa meis coeptis numquam dominabitur, armisque
Indomitum, infractumque malis me cernet in aevum
Illa prius Phoebeu poterit devertere cursu,
Inconcussa suo vel volvere sidera lapsu,
Quam Solymanum tramite vix devertere recto.
Haec dicens, oculi micuerunt igne furoris.

25

Devenere locum tali sermone loquentes,
Martia castra ubi se se oculis spectanda ferebant.
O quam dira oculis siquidem spectacula praebent!
O quantis libitina modis sua funera pandit!
Indoluit moerens, gravis et dolor ossa repressit,
Nec tacitum vultus aegri siluere dolorem.
Conculcata jacent vexilla tremenda per agros
Sub pedibus, turpi foedataque pulvere sordent.

26

Aspicit et laetos Francos discurrere campo,
Tot sibi charorum et vultus calcare superbos;
Exuviisque viros spoliari caede peremptos,
Fusaque per terras inhumataque corpora linqui.
Conspicit ossa Ducum decorari rite sepulchro,
Thuraque circum aras contra redolere suorum;
Turcarumque, Arabumque videt comburere flammis
Corpora subjectis nullo discrimine turbas.

27

Sospirò dal profondo, e 'l ferro trasse,
E dal carro lanciossi, e correr volle:
Ma il Vecchio incantatore a se il ritrasse
Sgridando, e raffrenò l' impeto folle:
E fatto, che di novo ei rimontasse,
Drizzò il suo corso al più sublime colle.
Così alquanto n' andaro, infin ch' a tergo
Lasciar' de' Franchi il militare albergo.

28

Smontaro allor del carro, e quel repente
Sparve, e presono a piedi insieme il calle,
Ne la solita nube occultamente,
Discendendo a sinistra in una valle;
Sin che giunsero là, dove al Ponente
L' alto monte Sion volge le spalle,
Quivi si ferma il Mago, e poi s' accosta
(Quasi mirando) a la scoscesa costa.

29

Cava grotta s' apria ne' duro sasso,
Di lunghissimi tempi avanti fatta:
Ma disusando, or riturato il passo
Era tra i pruni, e l' erbe, ove s' appiatta.
Sgombra il Mago gl' intoppi, e curvo, e basso
Per l' angusto sentiero a gir s' adatta:
E l' una man precede, e 'l varco tenta,
L' altra per guida al Principe appresenta.

30

Dice all' ora il Soldan: Qual via furtiva
E questa tua, dove convien, ch' io vada?
Altra forse miglior io me n' apriva,
(Se 'l concedevi tu) con la mia spada.
Non sdegnar (gli risponde) anima schiva
Premer col forte piè la buja strada,
Che già solea calcarla il grande Erode,
Quel c' ha ne l' armi ancor sì chiara lode.

27

Ingemuit lacrymas, strictoque mucrone repente
Prosiluit bijugis jam jam ruiturus in hostes.
At senior magus alta voce reduxit euntem
Ad se se, ardentisque animi compescuit iras.
Et postquam rursus currum conscendit opertum,
Flectit equos collem versus, qui celsior urbi
Imminet. Ille volat, cursu rapidoque feruntur,
Protinus et retro sibi Gallica castra relinquunt.

28

Prosiluere rotis, currusque repente recessit
In ventos. Iter ambo corripuere pedestres
Contecti nebula: laevam petiere latenter,
Convallemque jugis descendunt undique septam.
Devenere locum, quo saxa minantia coelum
Extollit Sion, qua sol se condit in undas.
Illic sistit iter magus, et mox omnia lustrans
Auribus arrectis ad clivum accedit opacum.

29

Ima patebat montana sub rupe caverna
Ante per antiquos furtim constructa tyrannos;
Temporis at longi cursu desueta manebat,
Atque aditum densi complerant undique sentes.
Omnia per totum magus offendicula tollit,
Inde per angustum callem studet antra subire.
Acclinis, tentansque sinistra occulta cavernae
Sultano dextram praebet, pellitque venire.

30

Tum caecam indignans Solymanus adire cavernam,
Absit, ut ire viam placeat, quam detegis, inquit;
Altera sed ferro, forsan meliorque fuisset,
(Ni forte obstasses) medios mihi facta per hostes:
Rex generose viam, senior sic reddidit ore,
Jam resecare tuis ne dedigneris eamdem
Passibus, Herodes quam tundere saepe solebat;
Herodes quoque Marte ferox, et clarus in armis.

31

Cavò questa spelonca allor, che porre
Volse freno a i soggetti il Re, ch' io dico;
E per essa potea da quella torre,
Ch' egli Antonia appellò dal chiaro amico,
Invisibile a tutti il piè racorre
Dentro la soglia del gran tempio antico:
E quindi occulto uscir de la Cittate,
E trarne genti, ed introdur celate.

32

Ma nota è questa via solinga, e bruna
Or solo a me de gli uomini viventi.
Per questa andremo al loco, ove raguna
I più saggi a consiglio, e i più potenti
Il Re, ch' al minacciar de la fortuna,
Più forse, che non dee, par che paventi.
Ben tu giungi a grand' uopo: ascolta, e taci;
Poi movi a tempo le parole audaci.

33

Così gli disse: e 'l Cavaliero allotta
Col gran corpo ingombrò l' umil caverna;
E per le vie, dove mai sempre annotta,
Seguì colui, che 'l suo cammin governa.
Chini pria se n' andar'; ma quella grotta
Più si dilata, quanto più s' interna:
Sì che asceser con agio, e tosto furo.
A mezzo quasi di quell' antro oscuro.

34

Apriva allora un picciol uscio Ismeno,
E se ne gian per disusata scala;
A cui luce mal certo, e mal sereno
L' aere, che giù d' alto spiraglio cala.
In sotterraneo chiostro al fin venieno;
E salian quindi in chiara, e nobil sala.
Qui con lo scettro, e co 'l diadema in testa
Mesto sedeasi il Re fra gente mesta.

31

Hanc, ubi Rex voluit populos frenare superbos
Effodit caveam. Ille per hanc occultus adibat
Antoniam turrim, tali cognomine dictam,
Quo non charior alter erat, de nomine amici.
Inde per occultos calles in culmina templi
Omnibus ignotus poterat se ferre Tonantis;
Hinc tandem in campos exire solebat apertos,
Armatasque volens acies ducebat in urbem.

32

Omnibus haec ignota manet mortalibus, auras
Qui modo decerpunt, via, sed mihi cognita soli.
Occulti, tectique per hanc nos ibimus illuc,
Rex ubi consilium petit, exauditque vocatos:
Ille metu, ultra quam satis est, trepidare videtur,
Hesternae lucis fortuna fractus iniqua.
Tu satis opportunus ades; cape dicta, sileque;
Atque, ubi tempus erit, fidentes funde loquelas.

33

Sic ait, et tentans molimine adire cavernam
Sultanus, caveam penitus non parvo corpore complet;
Perque vias, ubi pallida nox dominatur in aevum,
Ductorem sequitur, salebrosaque rupis opacae
Cernuus antra petit, donec penetralia tangunt:
At specus interius paulatim crescit eundo,
Atque viam magis atque magis dat euntibus aptam;
Sicque brevi medium occultae tenuere cavernae.

34

Hic magus exiguam portam ignota arte recludit,
Ascensuque petunt summi fastigia montis
Passibus incertis, vix luce adigente tenebras,
Quae delapsa ruit summo de vertice saxi:
In sedem postremo devenere latentem,
Unde domos superas, et Regis limina scandunt:
Hic proceres inter residet Rex tristis in ore
Sceptra manu, et cinctus canam diademate frontem.

35

Dà la concava nube il Turco fero
Non veduto rimira, e spia d' intorno;
Ed ode il Re fra tanto, il qual primiero
Incomincia così dal seggio adorno:
Veramente, o miei fidi, al nostro Impero
Fu il trapassato assai dannoso giorno:
E caduti d' altissima speranza,
Sol l' ajuto d' Egitto omai n' avanza.

36

Ma ben vedete voi, quanto la speme
Lontana sia da sì vicin periglio.
Dunque voi tutti ho qui raccolti insieme;
Perch' ognun porti in mezzo il suo consiglio.
Qui tace; e quasi in bosco aura, che freme;
Suona d' intorno un picciolo bisbiglio.
Ma con la faccia baldanzosa, e lieta
Sorgendo Argante il mormorare accheta.

37

O magnanimo Re, (fu la risposta
Del Cavaliero indomito e feroce)
Perchè ci tenti; e cosa a nullo ascosta
Chiedi, ch' uopo non ha di nostra voce?
Pur dirò: sia la speme in noi sol posta:
E s' egli è ver, che nulla a virtù noce,
Di questa armiamici: a lei chiediamo aita:
Nè più, ch' ella si voglia, amiam la vita.

38

Nè parlo io già così, perch' io dispere
De l' ajuto certissimo d' Egitto:
Che dubitar, se le promesse vere
Fian del mio Re, non lece, e non è dritto.
Ma il dico sol, perchè desio vedere
In alcuni di noi spirto più invitto;
Ch' egualmente apprestato ad ogni sorte,
Si prometta vittoria, e sprezzi morte.

35

Nube cava non visus Eques videt omnia ci. cum
Perlustrans oculis, Regem exauditque loquentem,
De excelso solio primus qui talia fatur:
Lapsa dies equidem, dulcissima cura laborum
O mihi jam fractis conjuncti in rebus amici,
Marte sub adverso fuerit quam perfida, nostis;
Nullaque spes nobis, rebusque labantibus ultra
Jam superest, nisi promissis in Mempheos armis.

36

Sed spes quam distat longe a propiore periclo,
Vos bene nostis, amici tam mihi foedere juncti;
Fas igitur duxi tantum appellare Senatum,
Ut, vobis quae sit menti sententia, discam.
Dixerat, et proceres circum vaga murmura miscent,
Non secus ac fremit in sylvis levis aura pererrans.
Tum surgens Argas audens, et fronte serena
His mulcet dictis animos, et murmura sedat.

37

Cur Princeps invicte, jubes renovare dolorem
Infandum? dictis cur nos scrutaris amaris?
Funera nostra latent ecquem, passique labores?
Non opus est linguis, ubi non ignota videntur
At veniam posco: ex nobis sperare salutem
Fas est; sit virtus nobis clypeusque, levamenque,
Illa timore caret, nec detrimenta reportat,
Nec morti parcendum, si juvat ire sub umbras.

38

Haec ego dicta fero, non quod optata faventis
Desperem auxilia Ægypti: Scelus esse putarem,
Ni Regis promissa mei certissima haberem;
Deque fide dubitare nefas; sed talia fando
Est mihi mens revocare animos, fractamque ciere
Virtutem in multis, mentesque movere feroces;
Namque opus, ut pariter fortunae spicula cuncti,
Et mortem pariter spernant, sperentque triumphos.

39

Tanto sol disse il generoso Argante,
Quasi uom, che parli di non dubbia cosa.
Poi sorse in autorevole sembiante
Orcano, uom d' alta nobiltà famosa,
E già ne l' arme d' alcun pregio avante:
Ma or congiunto a giovinetta sposa,
E lieto omai de' figli, era invilito
Ne gli affetti di padre, e di marito.

40

Disse questi: O Signor, già non accuso
Il fervor di magnifiche parole,
Quando nasce d' ardir, che star rinchiuso
Tra i confini del cor non può, nè vuole:
Però, se 'l buon Circasso a te per uso
Troppo in vero parlar fervido suole;
Ciò si conceda a lui, che poi ne l' opre
Il medesmo fervor non meno scopre.

41

Ma si conviene a te, cui fatto il corso
De le cose, e de' tempi han sì prudente,
Impor colà de' tuoi consigli il morso,
Dove costui se ne trascorre ardente:
Librar la spene del lontan soccorso
Co 'l periglio vicino, anzi presente,
E con l' armi, e con l' impeto nemico
I tuoi novi ripari, e 'l muro antico.

42

Noi (se lece a me dir quel ch' io ne sento)
Siamo in forte Città di sito, e d' arte;
Ma di macchine grande, e violento
Apparato si fa da l' altra parte.
Quel che sarà, non so: spero, e pavento
I giudizj incertissimi di Marte:
E temo, che s' a noi più sia ristretto
L' assedio, al fin di cibo avrem difetto.

39

Talia voce refert Argas, quasi certus iniquae
Vincere fata foret sortis, Martisque pericla.
Tunc assurrexit praeclara stirpe creatus
Orcanus vultu gravis, et fortissimus armis
Dum quondam Martis tantum vexilla colebat;
At postquam vinclo voluit sociare jugali
Intactam sibi, jam torpet patris, atque mariti,
(Nec Martem curat dein) dulces inter amores.

40

Ille haec: Non equidem jactantia verba potentis
Arguo Circassi, siquidem sunt pignora certa
Illius immodici ardoris, qui in pectore fervens
Carceris indignans portas, et vincula rumpit:
At si Circassus plus aequo fervidus instat,
O Rex, tanta detur meritis licentia fandi;
Respondent etenim factis sua dicta vicissim,
Fortia nec minus ostentat sua gesta per hostes.

41

Te decet ergo tuis animos cohibere furentes
Consiliis, nimiosque aestus compescere; namque
Te cautum fecit longos experta per annos
Ætas, passorum et series immensa laborum:
Instantis librare metum aequa lance pericli,
Cum spe subsidii, dare quod Memphitica tellus
Promittit; viresque tuas cum viribus hostis;
Vallaque num valeant incursus ferre tenaces.

42

Nos equidem (liceat quae sit sententia menti
Pandere) munita arte, situque sedemus in urbe;
Sed contra turres, molesque parantur ab hoste,
Quas haud sustentare valent munimina muri:
Spemque, metumque inter dubius discrimina Martis
Expecto, dubiosque eventus mente voluto:
Quod si fors graviori urbs obsidione prematur,
Deficiant escae timeo, et mala nostra redundent.

43

Però che quegli armenti, e quelle biade,
Che jer tu ricettasti entro le mura,
Mentre nel campo a insanguinar le spade
S' attendea solo, e fu somma ventura,
(Picciol' esca a gran fame) ampia Cittade
Nutrir mal ponno, se l' assedio dura;
E forza è pur, che duri, ancor che vegna
L' oste d' Egitto il dì ch' ella disegna.

44

Ma che fia, se più tarda; Orsù concedo,
Che tua speme prevenga, e sue promesse:
La vittoria però, però non vedo
Liberate, o Signor, le mura oppresse.
Combatteremo, o Re, con quel Goffredo,
E con quei duci, e con le genti istesse,
Che tante volte han già rotti, e dispersi
Gli Arabi; i Turchi i Soriani, e i Persi.

45

E quali sian, tu 'l sai, che lor cedesti
Sì spesso il campo, o valoroso Argante,
E sì spesso le spalle anco volgesti,
Fidando assai ne le veloci piante:
E 'l sa Clorinda teco, ed io con questi;
Ch' un più de l' altro non convien si vante.
Nè incolpo alcuno io già; che vi fu mostro
Quanto potea maggiore il valor nostro.

46

E dirò pur, benchè costui di morte
Bieco minacci, e 'l vero udir si sdegni,
Veggio portar da inevitabil sorte.
Il nemico fatale a certi segni:
Nè gente potrà mai, nè muro forte
Impedirlo così, che al fin non regni.
Ciò mi fa dir (sia testimonio il cielo)
Del Signor, de la Patria amore, e zelo.

43

Namque greges, segetesque, die intromittere muris
Hesterna fortuna dedit quas sorte beata,
Dum illi alternantes miscebant praelia campis,
Coetera curantes nil, quam dare funera ferro,
Quam brevis esca fami! populos nec pascere multos
Possunt, urgeat obsidio si longius urbem;
Nec cessare potest, quamvis Ægyptia pubes
Tempore statuto veniat, promissaque praestet.

44

Sed quid erit, si illis fuerit mora tardior? Esto,
Quod spem praeveniat, promissaque foedera solvat;
Non ideo optatam palmam, murosque solutos
Obsidione gravi jam nos retulisse fatendum:
Cum quibus est decertandum, Rex magne, memento.
Gothfredum illum opus est superare, ducesque, viros-
Qui Turcas, Syrios, Arabes, persaepe feroces, (que,
Arsacidasque simul ferro domuere potentes.

45

Quaeque sit illorum virtus, fortissime bello
Argas, Tu bene scis, victus qui saepe redisti,
Nec puduit persaepe fuga dare terga sequenti
Hosti, dum properis pedibus timor addidit alas.
Hoc equidem tecum fortis Clorinda fatetur;
Hoc ego; nec decet inflari; etsi corpore firmi,
Atque animo fortes pariter, pariterque ruentes
Invictae Gallum virtuti cessimus omnes.

46

Plura loquar, quamvis oculis sua jacula mittat
Argas, indignans quod pectore vera resolvam.
Inviso generi video ridere sereno
Fortunam vultu, nec me sententia fallit.
Moenia, nec gentes illud prohibere valebunt,
Quominus his tandem victis dominetur in oris.
Dulcis amor patriae, et dilecti gloria Regis
Has (superos testor) cogunt me spargere voces.

47

Oh saggio il Re di Tripoli, che pace
Seppe impetrar da i Franchi, e Regno insieme:
Ma il Soldano ostinato o morto or giace;
O pur servil catena il piè gli preme;
O ne l'esiglio timido, e fugace
Si va serbando a le miserie estreme.
E pur cedendo parte, avria potuto
Parte salvar co' doni, e col tributo.

48

Così diceva, e s'avvolgea costui
Con giro di parole obbliquo, e incerto:
Ch' a chieder pace, a farsi uom ligio altrui
Già non ardia di consigliarlo aperto.
Ma sdegnoso il Soldano i detti sui
Non potea omai più sostener coperto:
Quando il Mago gli disse: Or vuoi tu darli
Agio, Signor, che 'n tal maniera parli?

49

Io per me (gli risponde) or qui mi celo
Contra mio grado, e d' ira ardo, e di scorno.
Ciò disse appena, e immantinente il velo
De la nube, che stesa è lor d' intorno,
Si fende, e purga ne l' aperto Cielo;
Ed ei riman nel luminoso giorno;
E magnanimamente in fiero viso
Rifulge in mezzo, e lor parla improvviso.

50

Io, di cui si ragiona, or son presente,
Non fugace, e non timido Soldano,
Ed a costui, ch' egli è codardo, e mente,
M' offero di provar con questa mano.
Io, che sparsi di sangue ampio torrente,
Che montagne di strage alzai su 'l piano,
Chiuso nel vallo de' nemici, e privo
Al fin d' ogni compagno, io fuggitivo?

47

Quam Tripolis laudanda quidem prudentia Regis,
Cui Regnum Galli, pacemque dedere precanti;
Ast Solymanus fato cedere nescius unquam
Sive jacet modo praeda feris, seu captus ab hoste,
Sive errans timidus, fugiensque per oppida circum
Nil sibi quam extremos expectat adire labores,
Cum regni partem cedens in foedera pacis,
Partem aliam poterat parvo servare tributo.

48

Talia transverso, et vario sermone serebat
Orcassus cupiens dictis componere bellum,
Et suadere suis optatam quaerere pacem,
Sed suadere metu nequaquam audebat aperte.
Percitus interea dictis Solymanus acerbis,
Ulteriusque tegi indignans sub nube, fremebat:
Tum magus: Ecquid? ait, cur tanta silentia præstas?
Quin tot perfrangas istius in ore loquelas?

49

Invitus sub nube tegor, Solymanus, iniqua
Dixit, et ore rubens ardenti efferbuit ira,
Erupitque foras, tum mens bacchata furore:
Vix ea fatus erat, cum circumfusa repente
Scindit se nubes, tenuesque recessit in auras.
Restitit ille ferox, claraque in luce refulsit;
Improvisus adest, animoque, oculisque superbus
Adloquitur medius socios, clarumque Senatum.

50

Ille ego Sultanus, de quo complura seruntur,
Ecce adsum coram, haud pavidus, sed nec fugitivus;
Atque hunc, qui vano mendacia gutture spargit,
Cui mentem vilis socordia jactat inertem,
Ense lacesso. Complevi qui sanguine fossas,
Qui celsos eduxi caedis in aequore montes,
Undique solus ego circumvallatus ab hoste,
Nostrorum a nullo comitatus: Ego fugitivus?

51

Ma se più questi, o s'altri a lui simile,
A la sua patria, a la sua fede infido,
Molto osa far d'accordo infame, e vile,
Buon Re (sia con tua pace) io qui l'uccido.
Gli agni, e i lupi fian giunti in un ovile,
E le colombe, e i serpi in un sol nido,
Prima che mai di non discorde voglia
Noi co' francesi alcuna terra accoglia.

52

Tien su la spada, mentr' ei sì favella,
La fera destra in minaccevol atto.
Riman ciascuno a quel parlare, a quella
Orribil faccia muto e stupefatto.
Poscia con vista men turbata, e fella
Cortesemente inverso il Re s'è tratto.
Spera (gli dice) alto Signor; ch' io reco
Non poco aiuto: or Solimano è teco.

53

Aladin, ch' a lui contra era già sorto,
Risponde: Oh come lieto or qui ti veggio,
Diletto amico? or del mio stuol, ch' è morto,
Non sento il danno; e ben temea di peggio.
Tu lo mio stabilire, e in tempo corto
Puoi ridrizzare il tuo caduto seggio,
Se 'l ciel no 'l vieta. Indi le braccia al collo
Così detto gli stese, e circondollo.

54

Finita l'accoglienza, il Re concede
Il suo medesmo soglio al gran Niceno.
Egli poscia a sinistra in nobil sede
Si pone, ed al suo fianco alloga Ismeno.
E mentre seco parla, ed a lui chiede
Di lor venuta, ed ei risponde appieno;
L' alta Donzella ad onorar in pria
Vien Solimano: ogni altro indi seguia.

51

Sit autem hic, aut quisquis eodem tactus amore,
Infidus patriae, fideique favebit iniquis
Legibus, et pacem audebit proponere vilem,
Optime, da veniam, Rex; hic cadet hostia ferro.
Et lupus, atque agni in stabulis simul ante recumbent.
Excipietque sinu colubres, simul atque columbas
Ante idem nidus, quam nos, Gallosque receptet
Terra eadem junctos concordi foedere pacis.

52

Dextra tenet ferrum minitans, dum talia fatur;
Effundunt terrorem oculi, spirantque furorem.
Prodigium mirata novum stupet inscia turba,
Omnibus et gelidus pavor ossa per ima cucurrit.
Tum Regem posita vultu feritate sereno
Accedit, placidusque has fundit pectore voces:
Maxime Rex animo maestum depelle timorem:
En Solymanus adest: non parvum erit ille levamen.

53

Ut primum Rex e solio conspexit amicum,
Exultans animis venienti occurrit, et inquit:
Quam expectatus ades, charus mihi junctus ab annis!
Te reduce ex animo fugiunt jam fata meorum:
Te duce confido mea Regna labantia casu
Firmare, et (ni fata vetant) Te in sceptra vocare
Denuo: Tum captans Solymani colla lacertis
Excipit, et simul alternis amplexibus haerent.

54

Tum solium, sedemque suam Rex, hisce peractis,
Obtulit insigni comiti, jussitque sedere.
Ipse tenet laevam, ex ostro residetque sedili,
Ismenumque locat prope se, causasque requirit
Adventus, ardetque animis expromere leges:
Plena per Ismenum regi responsa dabantur.
Interea Clorinda virum, cunctusque Senatus
In solio positum merito dignantur honore.

55

Seguì fra gli altri Otmusse, il qual le schiere
Di quegli Arabi suoi a guidar tolse:
E mentre la battaglia ardea più fera,
Per disusate vie così s' avvolse,
Ch' ajutando il silenzio, e l' aria nera,
Lei salva al fin ne la Città raccolse:
E con le biade, e co' rapiti armenti
Aita porse a l' affamate genti.

56

Sol con la faccia torva, e disdegnosa
Tacito si rimase il fier Circasso:
Girando gli occhi, e non movendo il passo.
Ma nel Soldan feroce alzar non osa
Orcano il volto, e 'l tien pensoso, e basso.
Così a consiglio il Palestin Tiranno,
E 'l Re de' Turchi, e i Cavalier' qui stanno.

57

Ma il pio Goffredo la vittoria, e i vinti
Avea seguiti, e libere le vie
E fatto intanto a i suoi guerrieri estinti
L' ultimo onor di sacre esequie, e pie.
Ed ora a gli altri impon, che sieno accinti
A dar l' assalto nel secondo die:
E con maggiore, e più terribil faccia
Di guerra i chiusi barbari minaccia.

58

E perchè conosciuto avea il drappello,
Ch' ajutò lui contra la gente infida,
Esser de' suoi più cari, ed esser quello,
Che già seguì l' insidiosa guida:
E Tancredi con lor, che nel castello
Prigion restò de la fallace Armida;
Ne la presenza sol de l' Eremita,
E d' alcuni più saggi a se gl' invita

55

Hos inter subit Ormusses, qui Marte furenti
Ad praedas Arabum per devia duxerat agmen.
Ille per obscurae tranquilla silentia noctis,
Dum saeva acrius exardebant praelia campis;
Plurima praedatus circum pecorumque, bovumque,
Incolumem se seque, suosque receperat urbis
In muros, secumque trahens segetesque, gregesque
Confectis, aegrisque fame satis attulit escae.

56

Unus agens oculosque truces, animosque superbos
Circassus mansitque silens, vocemque repressit.
Qualis ubi leo trux confecta caede quiescit,
Lumina contorquens circum, nec commovet artus:
Anxius Horcassus vero nil tollere frontem
Audet, curarumque nimis mens fluctuat aestu.
Ordine sic positi Solymae, Scythiaeque tyranni,
Magnanimesque duces congressum hic Martis adibant,

57

Gallicus interea palmam compleverat heros,
Obstrueratque aditus omnes, victosque fugarat;
Exequias, ritusque sacros jam solverat umbris,
Et rite illarum tumulaverat ossa sepulchro.
Tum urbis ad aggressum jubet omes esse paratos,
Crastina cum primum terris bis fulserit Eôs
Aerius exardens solito implacabilis optat
Hostibus occlusis extremam inferre ruinam.

58

Gotfredo, dum miscebantur praelia campis,
Adfuit opportuna cohors de flore juventae,
Quae tulit auxilium rebus, retulitque triumphos;
Capta dolis, erat Armidae jam castra sequuta:
Hos inter Tangredus erat, qui sorte catenis
Manserat obstrictus; nunc libertate fruentes:
Teste Petro, paucisque aliis Gotfredus amicos
Compellare facit cupidus cognoscere casus,

59

E dice lor: Prego, ch' alcun racconti
De' vostri brevi errori il dubbio corso:
E come poscia vi trovaste pronti
In sì grand' uopo a dar sì gran soccorso.
Vergognando tenean basse le fronti;
Ch' era al cor picciol fallo amaro morso.
Al fin del Re Britanno il chiaro figlio
Ruppe il silenzio, e disse, alzando il ciglio:

60

Partimmo noi, che fuor de l' urna a sorte
Tratti non fummo, ognun per se nascoso,
D' amor (no 'l nego) le fallaci scorte
Seguendo, e d' un bel volto insidioso.
Per vie ne trasse disusate: e torte
Fra noi discordi, e in se ciascun geloso.
Nutrian gli amori, e i nostri sdegni (ahi tardi
Troppo il conosco (or parolette, or guardi.

61

Al fin giungemmo al loco, ove già scese
Fiamma dal cielo in dilatate falde;
E di natura vendicò l' offese
Sovra le genti in mal oprar sì salde.
Fu già terra feconda, almo paese,
Or acque son bituminose, e calde,
E steril lago: e quanto ei torce, e gira,
Compressa è l' aria, e grave il puzzo spira.

62

Questo è lo stagno, in cui nulla di grave
Si getta mai, che giunga sino al basso;
Ma in guisa pur d' abete, o d' orno leve,
L' uom vi sornuota, e 'l duro ferro, e 'l sasso.
Siede in esso un castello: e stretto, e breve
Ponte concede a' peregrini il passo.
Ivi n' accolse: e, non so con qual arte,
Vaga è là dentro, e ride ogni sua parte.

59

Ne pigeat, precor, illis tunc adstantibus inquit,
Vos ab origine vestros enarrare labores;
Sive quibus fatis, Superumue benigna voluntas
Disposuit tantum auxilium dare tempore duro?
Dejectum illorum vultum pudor altus habebat,
Et dire torquebatur mens conscia facti;
Sed tandem Soboles taciturna silentia rupit
Clara Britanni, oculosque attollens talia fatur.

60

Nos, quibus urna inimica fuit, nomenque retexit,
Conscius ipse sibi tantum, discessimus umbra,
Sectantes, fateor, rarae prestigia formae,
Fallacesque dolos, caecique cupidinis ignes.
Illa per obliquos calles, per opaca viarum
Discordes animo, et curis mordacibus actos
Traxit nos, irasque fovens, Venerisque furores
Dulcibus, heu! dictis, oculisque vibrantibus ignem,

61

Talibus allecti tandem devenimus illuc,
Ignis ubi quondam coelo delapsus ab alto
Combussit flammis flagrantia tecta Sodomae,
Probraque naturae poena fuit ultus acerba:
Alma parens frugum, quondam laetissima tellus,
Nunc crassi latices nigrante bitumine fumant:
Per vada qua circum sinuoso tramite currunt,
Compressus graviter densos olet aer odores.

62

Nil grave dejectum fundo devolvitur imo
Pondere depulsum proprio, sed laevis ad instar
Abjetis, aut orni torpente supernatat unda
Et lapis, et ferrum, et vir, nec gravitate premuntur.
Arx sedet in medio celsas educta sub auras,
Hospitibusque brevis pons gressum praebet, et arctus.
Comiter excipimur: mirum! illic omnia rident;
Cuncta placent oculis; perfundunt gaudia mentes.

63

V' è l' aura molle, e 'l ciel sereno, e lieti
Gli alberi, e i prati, e pure, e dolci l' onde;
Ove fra gli amenissimi mirteti
Sorge una fonte, e un fiumicel diffonde.
Piovono in grembo a l' erbe i sonni queti
Con un soave mormorio di fronde:
Cantan gli augelli: i marmi io taccio, e l' oro,
Maravigliosi d' arte, e di lavoro.

64

Apprestar su l' erbetta, ov' è più densa
L' ombra, e vicino al suon de l' acque chiare,
Fece di sculti vasi altera mensa,
E ricca, di vivande elette, e care.
Era qui ciò, ch' ogni stagion dispensa;
Ciò che dona la terra, o manda il mare;
Ciò che l' arte condisce: e cento belle
Servivano il convito accorte ancelle.

65

Ella d' un parlar dolce, e d' un bel riso
Temprava altrui cibo mortale, e rio.
Or, mentre ancor ciascuno a mensa assiso
Beve con lungo incendio un lungo obblio;
Sorse, e disse: Or qui riedo: e con un viso
Ritornò poi non sì tranquillo, e pio.
Con una man picciola verga scote:
Tien l' altra un libro, e legge in basse note.

66

Legge la Maga, ed io pensiero, e voglia
Sento mutar, mutar vita, ed albergo.
(Strana virtù) novo piacer m' invoglia:
Salto ne l' acqua, e mi vi tuffo, e immergo.
Non so, come ogni gamba entro s' accoglia.
Come l' un braccio, e l' altro entri nel tergo;
M' accorcio, e stringo: e su la pelle cresce
Squammoso il cuojo, e d' uom son fatto un pesce;

63

Clara dies hic, aura favens, viridantia rident
Floribus arva suis, plantae, laticesque sonantes,
Prosiliuntque cavo latices de pumice puri,
Et sinuosi adeunt myrtis viridantibus arva.
Hic sopor, hic pergrata quies delapsa per auras,
Hic sonitus sylvae somno indulgere sub herbas,
Hic volucres dulci suadent modulamine cantus:
Pallas amica artes, sua munera prompsit Apóllo.

64

Mollibus apponi mensas, ubi densior umbra,
Atque ubi lympha sonans saxo delabitur, herbis
Jussit, et ornari pateris fulgentibus auro.
Quas mare fundit opes, anni quas tempora donant,
Quasque sinu tellus foecundo mittit opima,
Extabant mensis, et quaelibet arte parantur,
Bis quinquagenae praestanti corpore Nymphae
Vina ministrabant pateris, et pocula mensis.

65

Dulcibus illa dapes dictis mulcebat, et ora
Luxuriant circum, et celebrant convivia Baccho;
Dumque soporifero spumantia pocula vino
Quisque volens haurit, rerumque oblivia potat,
Consurgens, veniamque petens Armida subivit
Interiora domus: Remeat mox turbida visu.
Sustinet illa manu tenuem de vimine virgam,
Fert alia librum, et submissa voce susurrat.

66

Illa legit: Furiis mens debacchatur iniquis:
Me novus ardor agit mortalem ponere formam,
Hospitiumque subit nova commutare voluntas.
Mirum! Nescio, quae me vis occulta perurget:
Prosilio in latices: intrant post terga lacerti:
Decrescunt sensim digitique, et crura, pedesque;
Panditur interea squamosa in corpore pellis:
Ex homine emergo tranans quasi piscis in unda.

67

Così ciascun de gli altri anco fu volto,
E guizzò meco in quel vivace argento.
Quale allor mi foss' io, come di stolto,
Vano, e torbido sogno, or men rammento.
Piacquele al fin di tornarci il proprio volto:
Ma tra la meraviglia, e lo spavento
Muti eravam: quando turbata in vista
In tal guisa minaccia, e ne contrista.

68

Ecco a voi noto è il mio poter (ne dice)
E quanto sovra voi l' imperio hò pieno.
Pende dal mio voler, che altri infelice
Perda in prigione eterna il ciel sereno:
Altri divenga augello: altri radice
Faccia, e germogli nel terrestre seno:
O che s' induri in selce, o in molle fonte
Si liquefaccia, o vesta irsuta fronte.

69

Ben potete schivar l' aspro mio sdegno,
Quando seguire il mio piacer v' aggrade:
Farvi Pagani, e per lo nostro regno
Contra l' empio Buglion mover le spade.
Ricusar tutti, ed aborrir l' indegno
Patto: solo a Rambaldo il persuade.
Noi (che non val difesa) entro una buca
Di lacci avvolse, ove non è che luca.

70

Poi nel castello istesso a sorte venne
Tancredi, ed egli ancor fu prigioniero.
Ma poco tempo in carcere ci tenne
La falsa Maga; e (e s' io n' intesi il vero)
Di seco trarne da quell' empia ottenne
Del Signor di Damasco un messaggiero,
Ch' al Re d' Egitto in don fra cento armati
Ne conduceva inermi, e incatenati.

67

Omnibus idem animus: Mens tum fuit omnibus una:
Mutantur formae, mecum verruntque per undas.
Obstupui, nec qualis eram enarrare valerem;
Nunc memini haud aliter quam qui ludibria somni
Vidit agens noctem; proprios sed reddere nobis
Postremo placuit vultus. Tum voce severa
Aggreditur dictis animos terrore silentes,
Atque minas inter pellaces talibus instat.

68

O passi mala, quae sit nostra potentia, nostis;
Quaeve super vos ex stygiis detur alta potestas.
Si placitum mihi, perpetuus vos carcer habebit,
Et nigro sub fornice sole carebitis usque:
Si lubet, ex vobis erit alter garrulus ales,
Alter humi fixus ramos extendet ad auras;
Sive lapis durus, seu serpens gramine rivus;
Seu fera sylvestris frontem circumdata setis.

69

Jam vobis datur insanos evadere mentis
Iratae fluctus, studiis ubi pascere nostris
Fert animus: Fas ab summo desciscere Christo,
Atque in Gothfredum pro nobis vertere ferrum.
Indignati omnes horrent, et pacta recusant:
Unicus indulsit menti Rambaldus iniquus;
Nosque recusantes tenebroso in carcere vinctos
Condidit, et nulli questus sua pectora tangunt.

70

Actus eadem sorte dehinc Tangredus iniqua
Venit in arcem ipsam, captivus ibique remansit.
Illa dies aliquot tenuit nos carcere vinctos,
Verum (si qua fides dictis) instante Damasci
Rege; Viro ad Regem Ægypti nos munere agendos
Tradidit. Ille Magae properus mandata facessens
Militibus centum armatis stipatus abibat,
Et secum nos devictos ducebat inermes.

71

Così ce n' andavamo e, come l' alta
Provvideuza del cielo ordina, e move,
Il buon Rinaldo, il qual più sempre esalta
La gloria sua con opre eccelse, e nove,
In noi s' avviene, e i Cavalieri assalta
Nostri custodi, e fa l' usate prove.
Gli uccide, e vince; e di quell' arme loro
Fa noi vestir, che nostre in prima foro.

72

Io 'l vidi, e 'l vider questi, e da lui porta
Ci fu la destra e fu sua voce udita.
Falso è il romor, che qui risuona e porta
Sì rea novella; e salva è la sua vita
Ed oggi è il terzo dì, che con la scorta
D' un peregrin fece da noi partita,
Per girne in Antiochia; e pria depose
L' arme, che rotte aveva, e sanguinose.

73

Così parlava, e l' Eremita intanto
Volgeva al cielo l' una e l' altra luce,
Non un color, non serba un volto: oh quanto
Più sacro e venerabile or riluce!
Pieno di Dio, ratto dal zelo, a canto
A l' Angeliche menti ei si conduce.
Gli si svela il futuro, e nell' eterna
Serie de gli anni, e de l' età s' interna:

74

E la bocca sciogliendo in maggior suono,
Scopre le cose altrui, ch' indi verranno.
Tutti conversi a le sembianze, al tuono
De l' insolita voce attenti stanno,
Vive (dice) Rinaldo, e l' altre sono
Arti, e bugie di femminile inganno:
Vive, e la vita giovinetta acerba
A più mature glorie il ciel riserba.

71

Tramite sic longo nobis abeuntibus, ecce
(Ut placuit Regi superum, qui cuncta gubernat)
Extemplo se se fert obvius ille Rinaldus,
Cujus in aevum se se attollet gloria rebus,
Dum tellus fruges, dum coelum sidera pascet.
Irruit in vigiles equites, stravitque per agros;
Corpora custodum, victor retulitque triumphos;
Induimurque armis iterum, quae nostra fuere.

72

Nos rerum testes oculis : nos vidimus ipsi :
Vincla soluta per illum; et vox audita per aures,
Fama necis mentes ficto rumore fefellit :
Incolumis peragit cursum, quem fata dedere.
Tertia lux est, qua placuit discedere terra,
Deseruitque gravi comites moerore dolentes;
Fracta tamen posuit prius, atque imbuta cruore
Arma : dehinc iter Anthiochi suscepit ad urbem.

73

Talia dum memorat juvenis, nemorum incola purus
Gaudia mente gerens oculos ad sidera tollit.
Ora rubent, oculi facie radiante coruscant,
Et superis par apparet venerabilis ore.
Angelicas mentes excitus flamine sancto
Petrus adit, mortalis adhuc, novitque futura,
Longius et volvens fatorum arcana retexit,
Eventura videns lustris labentibus olim.

74

Ore sonos edens venerandos pectore pandit
Fatorum ignotas causas, aperitque futura;
Insuetosque sonos, insuetaque verba loquentis
Mirantur taciti, conversique ora tenebant.
Omnes : Vivit adhuc, inquit, vivatque Rinaldus :
Femina commentis animos, mentesque fefellit :
Laude Rinaldus agit, vitam teneramque juventam
Fata quidem ad majora, et fortia gesta reservant.

75

Presagi sono, e fanciulleschi affanni
Questi, ond' or l' Asia lui conosce, e noma.
Ecco chiaro vegg' io, correndo gli anni,
Ch' egli s' oppone a l' empio Augusto, e 'l doma;
E sotto l' ombra de gli argentei vanni
L' Aquila sua copre la Chiesa, e Roma,
Che de la fera avrà tolte a gli artigli:
E ben di lui nasceran degni i figli.

76

De' figli i figli, e chi verrà da quelli
Quinci avran chiari, e memorandi esempi;
E da' Cesari ingiusti, e da' rubelli
Difenderan le Mitre, e i sacri Tempi.
Premer gli alteri, e sollevar gl' imbelli,
Difender gl' innocenti, e punir gli empi
Fian l' arti lor. Così verrà, che vole
L' Aquila Estense oltra le vie del sole.

77

E dritto è ben, che se 'l ver mira, e 'l lume,
Ministri a Pietro i folgori mortali.
U' per Cristo si pugni, ivi le piume
Spiegar dee sempre invitte, e trionfali:
Che ciò per suo nativo alto costume
Dielle il cielo, e per leggi a lei fatali.
Onde piace là su, ch' a questa degna
Impresa, onde partì, chiamato vegna.

78

Con questi detti ogni timor discaccia
Di Rinaldo concetto il saggio Piero.
Sol nel plauso comune avvien che taccia
Il pio Buglione immerso in gran pensiero.
Sorge in tanto la notte, e su la faccia
De la terra distende il velo nero.
Vansene gli altri, e dan le membra al sonno;
Ma i suoi pensieri in lui dormir non ponno.

Fine del Canto Decimo.

75

Facta, quibus fama est Asiae celebratus in oris,
Sunt tantum praeludia; sunt puerique labores,
Praescia mens oculis longe volventibus annis
Tempus adesse videt, quo debellare superbum
(a) Augustum puero datur, ac submittere ferro,
Romanasque arces, et Petri sceptra columnis
Freta inconcussis subducere caede tyranni.
Nascetur Soboles ex illo digna parente.

76

Et nati natorum, et qui nascentur ab illis
Mox exempla Patrum veterum memoranda sequentur,
Caesaribusque ejectis saepe ex urbe tyrannis,
Infula Pastorum, delubraque tuta manebunt.
Parcere subjectis, et debellare superbos,
Esse pios, tangique malis, punire scelestos
Munus erit generique pio, pennasque per orbem
Sic Aquila Esthensis pandens attinget Olympum.

77

Est equidem fas, veri animos ni fallit imago,
Saepius ut Petro mortalia tela ministrat;
Namque triumphales semper fas explicet alas,
Bella ubicumque ciet Mavors pro nomine Christi.
Audaces animos idcirco fata dedere,
Indignumque foret contemnere munera coeli;
Ergo (volente Deo) repetat sua castra Rinaldus,
Caeptaque felici auspicio sua dextra secundet.

78

His vates dictis vanos, dubiosque timores
Depellit, firmatque animos de sorte Rinaldi.
Solus ab incertis jactatus pectora curis
Gotfredus moerens taciturna silentia servat.
Interea surgit nox, et caligine terras
Obvolvit, tenebrisque nigrescunt omnia circum:
Discedunt proceres, et laxant membra quiete,
Ipse nequit curis agitatus parcere somno.

Finis Canti Decimi.

(a) *Barbarossa.*

